piunť duobus modis. Uno mő intrinsece ꝛ formalr: alio mő extrinsece: ꝛ denoiatiue. Illud dicť eēntiale seu accidētale intrinsece: ꝛ formalr: qđ est ex se tale: ꝛ ꝑ aliqd intrinsecū: sed extrīsece dř eē tale ꝑ aliqd extrīsecū: ꝛ denominatione extrinseca. Nō dico: ꝙ accidentale ꝛ eēntiale ex se formalr ꝛ intrinsece nō possunt eē idez: ſʒ necessario distinguunť: sed eēntiale ꝛ accñtale extrinsece: ꝛ denoiatiue nō distinguunť realr. imo pñt esse vnū ꝛ idez. Potētia aūt in mā̃ ꝑma: que ē vna ꝛ eadē cū mā̃: dř esse eēntialis ꝑ habitudinē ad actū eēntialē: qui est actus ꝑm⁹: ꝛ sic denoiatť ab isto actu ꝑmo essentiali denoiatione extrinseca. Similr eadem potentia dř accidentalis in ordine ad actū secūduz ꝛ accidentalē: ꝛ dř accidentalis ista potētia denoiatione extrinseca mő nō est inconueniens ꝙ aliqđ vnuz ꝛ idez posset dici essentiale ꝛ accidentale extrinsece ꝛ denoiatiue. Ex quo sequiť ꝙ nō variať potentia in mā̃ ꝑma respectu forme ꝛ opationis consequentis formā: ꝛ hoc idem hʒ dici de potentia essētiali in intellectu ꝛ accidentali ꝛc. ¶ Ad scđum argᵐ. Rñdeť cū dicis: ille potētie sunt distincte que nō sunt in eodē subiecto ꝛ fundamēto. Rñdeo ꝯcedendo istam maiorē: ꝛ negať minor: ꝙ potentia essentialis ꝛ accidentalis mā̃e nō sint in codez subiecto ꝛ fundamento. ¶ Et si dicas. cuius est potētia eius ē actus: sed potētia essentialis ꝛ accidentalis respectu forme ꝛ operationis ꝯñtis formā fundanť in materia ꝑma. igiť forma ꝛ opatio forme fundať in mā̃ ꝑma: ꝯñs est falsum. ergo illud ex quo sequitur. ¶ Ad hoc rñdeť dicendo: ꝙ cuius est potentia: eius est actus: vel vt receptiui: vel vt illius: qđ est rő recipiendi. ita ꝙ in quocūqʒ fundatur potētia ad aliqd: in eodē recipiť illud vel saltē istud in quo est poᵃ est rő recipiēdi respectu illius. modo sic est ꝙ licet mā̃ ꝑma nō sit ꝑrimū receptiuū respectu operationis: est tamen rő recipiendi ipsi ꝯposito: qđ est imediatuz receptiuū ipsius. Qđ declarať. Sicut eniʒ actualitas ꝛ actiuitas cōpetit cōposito rōne forme: ita poᵃ passiua ꝛ receptiua ꝯpetit ꝯposito rōne mā̃e. ergo si cōpositū recipit opationem forme hoc est rōne mā̃e. ¶ Pōt ēt dari 2ᵃ responsio dicendo: ꝙ cuius est potētia eius est act⁹. veruʒ de potētia prima ꝛ imediata respectu act⁹. Sed potētia que fundať in mā̃ ꝑma siue sit eēntialis: siue accidētalis nō est poᵃ ꝑrima respectu opationis receptibilis in cōposito: sed est poᵃ remota. Poᵃ autez prima passiua ꝛ receptiua fundať in toto cōposito: ꝛ ita cui⁹ est poᵃ loquēdo de potētia ꝑrima: eius vt receptiui est actus. ¶ Sed ꝯ istā rñsionē instať sic. Certum est ꝙ potētia accidētalis in mā̃ ꝑma est ꝑrima respectu act⁹: qꝛ oīs potētia accidētalis ꝑ Ar. 2° de aīa. tex. cōmē. 5. ꝛ 8° phyſi. tex. cōmē. 32. est poᵃ ꝑrima. ǵ seqť ꝙ in mā̃ ꝑma imediate recipiť opatio actualis. ¶ Sc. 2° instať. Illā data ṽitate rñsionis seqť ꝙ erūt due potētie accidētales respectu eiusdē. vna cōpositi. ꝛ altera mā̃e ꝑᵉ. ¶ Ad ꝑᵐ istoꝝ. Rñdeť ꝑmittendo ꝙ aliqʒ potētiā esse ꝑrimā pōt esse vel ex pte act⁹ receptibilis ꝛ ex pte fundamēti in quo fundať talis poᵃ: ita vt sit ex pte vtriusqʒ tā̃ fundamēti q̄ʒ termini. Uel aliq̄ est ex parte termini solū. Illa dř esse ex pte vtriusqʒ: q̄ hʒ imediatuʒ ordinē ad ipm actū tanq̄ʒ ad terminū sic ꝙ ipm respicit nō mediāte alio. Et vltra hoc: q̄ fundamētū ipsius potētie, est imediate receptiuū ipsius: ſʒ poᵃ est ꝑrima ex pte termini soᵐ ꝑ oppositū: q̄ respicit terminū nō mediāte alio: ꝛ fundamētū ipsius potētie nō est imediate receptiuum ipsi⁹: sed aliqd aliud ꝑsupponit. Dico ǵ: ꝙ oīs potētia accidētalis est ꝑrima ſm Ar. vel rōne termini ꝛ fundamēti: vel rōne termini solū: qui respiciť imediate a tali potētia: ꝛ nō ꝑ aliqđ mediū: ꝛ sic ꝯcedo potētiā accidētalē fundatā i mā̃ ꝑma esse sic ꝑrimā ex pte termini: qui est actualis opatio: ſʒ nō ex pte fundamēti: qđ est essentia mā̃e: ſʒ potētia q̄ fundať in cōposito ē ꝑrima ex pte vtriusqʒ. ¶ Et per hoc rñdeť ad 2ᵐ: ꝙ nō est inconueniens ꝙ dent due potentie ꝑrime respectu eiusdē difformiter accipiendo ipsas: sed bñ est incōueniēs accipiendo vniformiter: ꝛ hoc est verū ēt de potentia accidētali: qꝛ. vʒ. vbi potentia accidentalis nō accipiatur vniformiter ꝛ eodē non est inconueniens talem potentiam multiplicari. Et que dicta sunt de potentia essentiali ꝛ accidentali in materia: applicentur ad potentiam essentialem ꝛ accidentalem intellectus respectu sciencie habitualis ꝛ operationis ꝯñtis habitum. ¶ Ad tertium ꝛ vltimum respondeť dicēdo: ꝙ eodē appetitu appetim⁹ q̄ʒlibet istaruʒ ꝑfectionuʒ. s. sciam habitualē: intelligere: ꝛ ꝯiūctionez cum substantijs sepatis. mő qui dictus est supius in 3° notando.

¶ Causa autē est qꝛ hic maxime cognoscere nos facit ꝛ multas rerū differentias demonstrat. Tex. ꝑlogi. Qő. iiij.

Queritur Utrū sensus visus sit nobilior sensus oībus alijs: ꝛ faciat magis scire. Et arguitur ꝙ nō. Ille sensus est nobilior: ꝛ facit magis scire: per quez homo efficiť sapiētior. Sed sensus auditus est huiusmodi. Testante Ar. in de sensu ꝛ sensato. Ubi concludit quare sapientiores a natiuitate priuatorū vtroqʒ sensu sunt ceci surdis ꝛ mutis. igitur ꝛc. Secundo sic arguitur. Ille sensus magis facit scire: per quē magis certificať intellectus de re cognoscibili. Sed sensus tactus est huiusmodi. ergo ꝛc. Maior est manifesta: qꝛ cognitio sensitiua ordinatur ad intellectiuam. minor autē probatur in exemplo de baculo existente in aqua: quē visus diiudicat esse fractum. Tactus au⁹ē iudicat ipsum esse integrum: ꝛ ita cognitio sensus tactus conformať veritati rei cognoscibilis: ꝛ per ꝯsequens intellectus videtur quodāmodo rectificari ꝛ certificari de veritate rei per sensum tactus: ꝛ non per sensum visus. ¶ Itez tertio arguiť. Ille sensus magis facit scire: qui est plurium contrarietatum q̄ʒ ille qui est vnius contrarietatis. Ista propositio patet: quia quum vnius contrarietatis sint ad minus duo extrema ſm genus. Ille qui est duarum contrarietatum est plurtū cognoscitiuus q̄ʒ ille qui est vnius tantū. Sensus visus est vnius contrarietatis. Sensus tactus est duarum contrarietatuʒ. testantur Ar. 2° de anima. tex. cōmē. 106. igiť ꝛc. ¶ Itē vltio. Prime qualitates sunt per se tangibiles: vt vult Ar. 2. de generatione. tex. cōmenti. vij. Sed vbicūqʒ est posteri⁹: ibi ꝛ suum prius. Igitur vbicunqʒ sunt qualitates visibiles. ibi sunt qualitates tangibiles. Sed quecunqʒ habent qualitates tangibiles sunt cognoscibilia tactu. ergo omnia sensibilia in quibus sunt qualitates visibiles sunt cognoscibilia a sensu tactus.

Ad oppositū tamē est Ar. i přio metaphy. in ꝑlogo qui ꝑbat naturalez dilectionem sensuum propter cognitionem sensitiuaʒ. ex hoc: ꝙ illum sensum magis nāliter diligimus qui est magis cognoscitiuus: cuiusmodi est sensus visus. Qđ ꝑbat ex duplici cā. Tum qꝛ est in cognoscendo certior. Tū qꝛ plures rerū differētias nobis ostēdit: qꝛ oīa corpora: tam superiora q̄ʒ inferiora lucē ꝛ colorē participant. Hāc eandez sententiā habet in de sensu ꝛ sensato: non multū post ꝑncipium: vbi inquit. Multas qdem differentias ꝛ multimodas visus annunciat potētia: qꝛ oīa corpora colorem participant⁹. Et postmodū subdit. Quare ꝛ cōia magis per hoc sentiunť. Dico aūt cōmunia: magnitudinē: motum quietem: figuram: numerum ꝛc.

In ista. q. Primo declaratur pars: que erit tenenda. Secundo soluentur rationes facte in principio.

Quantū ad primum. pars affirmatiua q̄ōnis est tenenda sub ista prima cōclusione affirmatiua. Sensus visus est nobilior ceteris sensibus: ꝛ magis cognoscitiuus: que quidē prima cōclusio ꝑbať quadrupliciter. Primo ex parte obiecti. Secūdo ex pte organi. Tertio ex parte medij. 4° ex parte actus sentiendi.

¶Ex prima via arguit nobilitas et perfectio sensus visus quantum ad pluralitatem cognoscibilium a tali sensu: et quo ad eius prioritatem respectu aliorum sensuum ex comparatione ipsius ad obiectum proprium. Secundo ex comparatione eius ad obiectum commune alijs sensibus. Tertio ex vniuersalitate obiecti eius. Primo sic. Ille sensus est prior et vilior in cognoscendo: cuius obiectum est simpliciter prius secundum naturam. Sed obiectum visus est huiusmodi. ergo etc. Maior est nota: quia ordo potentiarum quantum ad suas operationes est ex ordine obiectorum: circa que operantur: vt colligitur de mente Ar. 2. de anima. tex. com. 63. minor autem probatur. primo auctoritate Ar. 2. de generatione. tex. commenti. 7. preallegato. vbi vult: quod sicut visus est prior tactu. Ita et secundum ipsius: hoc est obiectum. cuius ratio visibilis (inquit ipse) non est corporis tangibilis passio secundum quod tangibile: sed secundum aliud. i. secundum aliquam aliam naturam vel qualitatem: que est communis corpori generabili et corruptibili: et etiam incorruptibili. Sicut est forsan natura perspicui. Et concludit. Et si contingat natura prius. Ex hoc innuens: quod illa ratio: secundum quam corpus est visibile: est prior natura qualitate tangibili: ac etiam ceteris qualitatibus sensibilibus. ¶Secundo probatur hec minor ratione sic. Illa qualitas dicitur esse simpliciter prior secundum naturam que conuenit corpori priori simpliciter: quam sint qualitates: que tantum conueniunt corpori generabili et corruptibili. Sed qualitas visibilis (sicuti est lux et color: extendendo nomen coloris) reperitur in corporibus celestibus: que sunt priora simpliciter et secundum naturam: et non reperiuntur alie qualitates sensibiles ab alijs sensibus exterioribus. igitur etc. ¶Secundo ex ista via arguit principaliter sic. Ille sensus est simplicior et nobilior cuius obiectum proprium est simplicius et nobilius. Sed obiectum proprium visus est huiusmodi. igitur etc. Maior est nota. Minor autem probatur: quia certum est: quod lux que est obiectum proprium visus est simplicior et immaterialior: quam alie qualitates sensibiles ab alijs sensibus exterioribus: propterea quia competit corpori simplicissimo: quod est spiritualius et immaterialius ceteris corporibus: in quo secundum Ar. nulla est materia: aut forma informans materiam. que est altera pars compositi. Alie autem qualitates sensibiles insequuntur composita: vel ratione materie: vel saltem ratione forme a materia comprehense. Sicut apparet discurrendo per omnes qualitates sensibiles sensuum exteriorum. ¶Item et tertio ex hac via probatur: quod iste sensus est plurium cognoscitiuus ex vniuersalitate obiecti: quia ille sensus est plurium cognoscitiuus: cuius obiectum formale et proprium reperitur in omnibus sensibilibus. Sed obiectum sensus visus. sicuti est lux vel color: est huiusmodi. igitur etc. Maior est manifesta: et minor etiam patet ex dictis. Et sic ex hac via: scilicet ex comparatione visus ad obiectum proprium: primo probatur prioritas nature de ipso. secundo simplicitas et immaterialitas. tertio vniuersalitas et communitas in cognoscendo. ¶Secundo principaliter ex hac via consimilibus rationibus probantur ista tria ex comparatione visus ad sensibile commune: quod est magnitudo: vel quantitas: quia ille sensus videtur esse prior: qui percipit magnitudinem simpliciter priorem. Sensus visus est huiusmodi: quia percipit magnitudinem existentem in corporibus celestibus: et non contractam ad corpus generabile et corruptibile: quemadmodum faciunt alij sensus exteriores. ¶Consequentia. Ista magnitudo: que est in corporibus celestibus: non insequitur sibi ratione materie: sed ratione forme. Magnitudo autem in istis inferioribus insequitur materiam. Sed qualis est ordo forme ad materiam: talis est ordo magnitudinis corporis celestis ad magnitudinem istorum inferiorum. Sed ordo forme ad materiam est ordo prioris simpliciter ad posterius. vt est de mente Ar. 7. metaphysice. tex. commenti. 7. et 9. metaphysice. tex. commenti. 13. vbi vult: quod actus est prior potentia simpliciter. igitur etc. ¶Per idem probatur simplicitas et immaterialitas de ipso visu ex sensibili communi: quia absolutum est simplicius et immaterialius contracto. Magnitudinem absolutam et indeterminatam ad corpus celeste et ad corpus generabile percipit sensus: et non alij sensus. igitur etc. ¶Et consimiliter probatur vniuersaliter: vt prius argutum est de sensibili communi quare etc.

Ex secunda via arguitur etiam tripliciter. primo sic. Ille sensus est nobilior: cuius organum est nobilioris complexionis. Organum sensus visus est huiusmodi. igitur etc. Maior videtur nota: quia quum virtus sensitiua fundetur in organo. Illa virtus est nobilior cuius organum est nobilius: et melius dispositum secundum complexionem. Minor autem probatur: quia illud organum est melioris complexionis et dispositionis: in quo magis residet sensus tactus: sed sensus visus est huiusmodi. igitur etc. maior huius prosyllogismi patet (primo: quia tactus est sensus necessarius ad vitam animalis: et ad eius esse. Vnde propter hoc concluditur cor esse principalissimum membrum animalis: quia in ipso principalius residet virtus tactiua. Vnde Ar. in de sensu et sensato vult. quod sensus tactus et gustus fundentur in corde) eadem maior prosyllogismi est nota per Ar. 2. de anima. Qui vult quod homo in tactu excedat cetera animalia. Et vlterius quod quanto complexio corporis humani et organi est contemperata et reducta ad quandam mediocritatem qualitatum primarum: tanto magis in ipso est intensior et efficacior sensus tactus: et per ipsum sensum viuaciorem melius percipitur obiectum tangibile. vnde dicit. molles carnem mente aptos dicimus: duros autem ineptos. Et est tex. commenti. 94. Minor autem syllogismi: probatur: quia in illo organo est viuacior sensus tactus: quod citissime leditur a nociuis: et statim sentit contrarium et nociuum. Sed organum visus. scilicet pupilla oculi est huiusmodi. igitur etc. ¶Item secundo principaliter sic. Illud organum videtur esse nobilius: ad cuius conseruationem plura sunt producta a natura. (Ista patet: quia natura non deficit in necessarijs: neque abundat in superfluis. ex. 3. de anima. tex. commenti. 45.) Organum visus est huiusmodi: vt patet de superciliis: palpebris: et alijs: quibus hic sensus conseruatur: et a nociuis defenditur. igitur etc. ¶Item tertio. Illud organum est nobilius et melioris dispositionis ad actum sentiendi: in quo predominatur elementum quantum ad illud quod est facillime impressionis et receptionis intentionum sensibilium. Sed sensus visus est huiusmodi. Nam in ipso predominatur aqua inquantum perspicua et diaphona: que qualitates sunt magis receptiue intentionum sensatarum: quam sint qualitates: secundum quas elementa in alijs sensibus predominantur: vt habet videri in 2. de anima. Et hoc non disputando modo. Vtrum oculus sit organum: visus: aut neruus obtici: sed tenendo communem viam: quod oculus sit tale organum: hec dicta sint.

Ex tertia via. videlicet ex parte medij arguitur nobilitas istius sensus. Arguitur etiam tripliciter. primo nam medium ipsius est simplicius et purius quam media aliorum sensuum. Ita quod quanto tale medium est subtilius et limpidius: tanto est melius dispositum ad acceptionem specierum visibilium. Ex hoc arguitur sic. Ille sensus est nobilior cuius medium est simplicius subtilius: et immaterialius: medium sensus visus est huiusmodi. igitur etc. ¶Item secundo. Ille sensus est nobilior: qui recipit intentiones sensatas per medium non solum generabile et corruptibile: sed etiam ingenerabile et incorruptibile quam sit sensus: qui tantum recipit per medium quod est materiale et corruptibile: sensus visus est huiusmodi qui immutatur a luce: non solum per aerem: verumetiam per medium: quod est celum: per quod medium percipit lucem solis et aliorum planetarum: alij autem sensus per ista inferiora generabilia et corruptibilia. igitur etc. ¶Item tertio. Ille sensus est immaterialior et ex consequenti certior qui immutatur per medium: quod recipit speciem sensibilem solum intentionaliter: et non materialiter. Sensus visus est huiusmodi: et nullus alius sensus preter ipsum. igitur etc. Maior est manifesta: quia quanto medium spiritualius recipit intentionem sensibilem: tanto organum sensus spiritualius immutatur. ¶Consequentia. quia ex secundo de anima. tex. commenti. 71. et 76. et deinceps: medium et organum sunt eiusdem rationis: quo ad illam qualitatem

lem qualitatem sm quam species sensibiles multiplicatur in medio ⁊ in organo: quia quum species sensibilis in medio ⁊ in organo sint eiusdem rationis: ⁊ passiua recipientia ipsas species erunt eiusdem rationis. Nam ex secundo de anima. tex. commenti. 66. inquit Auerroys. Melius est enim existimare ꝙ causa in diuersitate materie est diuersitas formarum: non ꝙ diuersitas materie sit causa diuersitatis formarum. Unde sicut diuerse forme alterius rationis sunt in diuersis substantijs alterius rationis. Ita forme eiusdem rationis sunt in subiectis eiusdem rationis. Et propter hoc Aristo. in secundo de anima. concedit organum ⁊ medium esse eiusdem rationis: quia species in medio ⁊ in organo sunt huiusmodi. Minor principalis probatur: quia medium per quod visus recipit speciem visibilem tantum immutatur immutatione intentionali: ⁊ non immutatione naturali. Voco autem immutationem naturalem: quando passum recipiens formam ab agente recipit ipsam formam sm illud esse reale: aut sm dispositionem materie conuenientem forme: prout forma est in agente. Immutationem autem intentionalem voco: sm quam passum recipit intentionem ⁊ speciem forme: non autem ipsam formam. Modo sic est. ꝙ sensus visus tantum recipit speciez obiecti visibilis: ⁊ similiter mediuz: ⁊ non recipit ipsum obiectum: aut formam eius sm esse reale. Alij autem sensus immutantur vtraqz immutatione: ⁊ similiter medium ipsorum. Nam in tactu ⁊ in gustu organum ⁊ medium alterantur alteratione simpliciter: quia organum ⁊ medium in immutatione tactus realiter alterantur sm caliditatem aut frigiditatem. Gustus ⁊ eius medium alterantur etiam alteratione simpliciter recipiendo realiter saporem. Odoratus ⁊ medium eius similiter alterantur alteratione simpliciter sm odorem realiter multiplicatum in medio ⁊ in organo. Similiter dicendum est de auditu ⁊ eius medio: que non tantum immutantur sm alterationem simpliciter: verum etiam sm motum localem aeris sonum defferentis. Et forte ad hanc intentionem dixit Ar. 7. phy. tex. commenti. 12. Et ipsi sensus alterantur. patiuntur enim: actus enim ipsorum motus est per corpus patiente aliquid sensu. quare ⁊c.

Ex via vltima ex parte actus arguitur nobilitas: ⁊ dignitas: ⁊ perfectio: istius sensus tripliciter. Primo sic: ille sensus est perfectior qui cognoscit duo contraria simul eque perfecte ⁊ distincte: ac si esset vnius: ꝙ sint illi sensus. qui confuse ⁊ indistincte percipiunt huiusmodi contraria. Sensus visus est huiusmodi ⁊ nullus alius preter ipsum. igitur ⁊c. Maior est manifesta. Minor autem probatur. Nam certum est: ꝙ si ponantur ante oculos duo contraria scilicet album ⁊ nigrum: sensus visus percipit vtrūqz distincte: ⁊ perceptio vnius non impediet perceptionem alterius. Alij autem sensus sic percipiunt contraria ⁊ opposita: ꝙ vnum impedit cognitionem alterius. Ratio pro sensu visus est: quia obiecta non immutant ipsum nisi intentionaliter: ⁊ per species que simul in suis actualitatibus vltimatis possunt esse in eodem subiecto. Quia si obiecta sunt contraria: species ipsorum aut etiam sensationes non sunt contrarie. Ratio pro alijs sensibus est per oppositum ad istud quod nunc dictum est: quia alijs sensus non tantum recipiunt sua obiecta intentionaliter: verum etiam realiter: recipiendo ipsa sm esse proprium reale ipsorum: ⁊ quia contraria nō possunt recipi simul in esse reali in aliquo subiecto in vltima eorum actualitate: ideo nullus aliorum sensuum potest percipere ipsa contraria perfecte ⁊ distincte sz proprias eorum actualitates: sed sensatio vnius impedit sensationem alterius. ¶ Item secundo ex hac via arguitur sic. Actus videndi est vniuersalior: ⁊ ad plura se extendēs igitur actus iste est perfectior ⁊ nobilior. cōsequentia est nota: ⁊ antecedens probatur. Nam per actum videndi simul attingimus plura obiecta: vt dictū est: simulqz attingimus magnitudinem quantumcunqz magnam: ⁊ etiaz figuram cuiuscunqz quantitatis. Tactus autem non attingit ⁊ cognoscit simul nisi magnitudinem determinate quantitatis sm proportionem ad organum: per quod exercetur sensatio tactus: simulqz nō attingit plures magnitudines ⁊ figuras distincte. Et per oppositum sensus visus simul percipit visibilia plura posita ante ipsum igitur ⁊c. Quod dixi de tactu idem dicendum est de alijs sensibus particularibus: ꝙ nō percipiunt: nisi vnuz obiectuz sensibile distincte ⁊ determinate quantitatis. ¶ Tertio ex hac via arguitur sic. Actus videndi est certior ceteris sensationibus sensuum exteriorum. Igitur visus excedit omnes alios sensus. Consequētia est euidens: ⁊ antecedens probatur. Nam certum est: ꝙ ille actus est certior per quem magis certificatur intellectus de re cognoscibili: vt superius arguebatur. Actus videndi est huiusmodi: quia vbi aliquod sensibile percipiatur per visuz: ⁊ per alios sensus: si cetera sunt paria quantum ad dispositionem organi ⁊ medij: magis statur iudicio sensus visus: ꝙ̄ aliorum sensuum. Hoc etiam iudicium de re cognoscibili magis insequitur intellectus: quod declaratur. Naz illud quod percipitur per sensum visus: magis imprimitur fantasie ⁊ imaginatiue: que sunt virtutes immediate deseruientes intellectui: ꝙ̄ illa que percipiuntur ab alijs sensibus. Cuius rei signum est: quia somniantes magis somniant de rebus visis: ꝙ̄ de alijs: que ab alijs sensibus percipiuntur. Ex quo infertur: ꝙ intellectus magis mouetur a sensibilibus per visum: ꝙ̄ ab alijs aliorum sensuum. Ex his omnibus apparet veritas conclusionis proposite. ¶ Secūda conclusio est ista. Sensus auditus magis facit scire quo ad scientiam habitam per doctrinaz. Ista conclusio patet ex sententia Arist. de sensu ⁊ sensato. vbi habet: ꝙ sermo audibilis existens causa est disciplinae non sm se: sed sm accidens. Et parum ante. Horum autem ipsorum ad necessaria quidem melior est visus: ⁊ sm se. Ad intellectum autem ⁊ sm accidens est auditus. Unde scientia quedam est habita per doctrinam: quedam est habita per propriaz inuentionem: ⁊ illa que est per inuentionem est simpliciter prior illa que habetur per doctrinam. Visus autem (quum sit prior sensus prioritate communitatis ⁊ vniuersalitatis vt dictuz est) confert ad scientiam simpliciter priorem sm se. Sed ad scientiam posteriorem que est per doctrinam confert auditus: qui est magis limitatus ⁊ determinatus ad determinata cognoscibilia. ¶ Aduertēdum tamen ꝙ auditus dicitur plus conferre per accidens ad scientiaz: propterea: quia non sic confert: nisi ex aliquo quod est accidentale obiecto audibili: in quantuz est audibile: aut immutatiuū auditus. Ex institutione enī ⁊ ꝑ accidēs vox audibilis est expressiua cōceptꝰ: qd̄ nō cōpetit sibi ex nā talis obiecti: sed ꝑ se a voluntate humana sic instituēte ⁊ determināte. Cui obiecto audibili sic īpositū ē: vt sit signū expressiuū ꝯceptꝰ: qr voces audibiles sunt sic promptissima signa ad hos ꝯceptꝰ exꝑmēdos pre ceteris alijs sensibilibꝰ que sunt obiecta aliorum sensuū. ⁊ sic pz ad questionē.

De vltimo articulo. Ad argumenta principalia respondetur. ¶ Ad primum ꝙ Ar. intelligit ꝙ ceci nati sunt sapientores q̄ꝫtum ad scientiam habendam per doctrinam: per accidens tamē vt dictuz est. Sed surdi ⁊ muti habentes visum sunt sapientiores cecis q̄ꝫtum ad sciētiam habitam per inuentionez ⁊ per se: ad quam visus per se ⁊ directe conducit. ¶ Ad secundum argumentum respondetur: concedendo maiorem: ⁊ negando minorem. Et ad probationem respondetur ꝙ cetera non sunt paria. Visus enim iudicat baculum existentem in aqua per medium grossum ⁊ indispositū. Tactus autem iudicat suum proprium sensibile imediate: aut per mediū sufficienter dispositū: ⁊ sic certius est iudiciuz tactus ꝙ̄ visus: qr cetera non sunt paria. ¶ Potest dici: ꝙ iudicium qd̄ videtur fieri per visum nō ē ipsius

visus: sed sensus cōis: q2 nō hz visus iudicare de sensibili nisi de colore: & de alijs: que spectāt ad naturā coloris. Similiter de magnitudine & de quantitate: sed non habet iudicare de his que accidunt magnitudini & quantitati quēadmoduz forte est esse continuū aut discōtinuuz. fractum aut integrū: que pertinent ad iudicium altioris sensus. Et sz hoc dixit Ar. secūdo de anima. tex. cōmen. 63. Et non decipitur visus: quoniam color neqz auditus: quoniam sonus. Sed quid coloratum aut vbi: aut quid sonans. Innuens per hec q accidentia que adueniunt sensibilibus proprijs: aut cōmunibus: non sunt diiudicāda per sensus particulares exteriores. ¶ Pro maiori tū intelligentia huius responsionis notandum est q sensatio vnius sensus potest comparari ad sensationez alteri9: vel due sensationes possunt comparari ad aliquod vnuz obiectum: quod percipitur & cognoscitur per vtrāqz sensationem. Si primomodo: dicimus sensationez visus esse certiorez quacunqz alia sensatione. Si secundo modo: cognitio que fit per duos sensus est certior qz illa que fit per vnum tantum. Et ita si vnum sensibile cognoscitur per sensum tactus & per sensum visus certius cognoscitur qz vbi cognoscatur solum per visum. ¶ Ad tertium argumētum respondetur concedendo maiorem: si cetera sint paria: & ad minorem dicitur q licet sensus visus sit vnius contrarietatis tantum: q2 tamen obiectum suum in pluribus reperitur qz sensus tactus. Ideo visus est pluriuz cognoscitiuus. ¶ Potest etiam dici q sensus tactus non est vnus: v est duarū contrarietatū nisi materialiter & subiectiue: sic q in quacūqz parte nerui: aut organi tactus fundatur potentia perceptiua vnius contrarietatis: fundatur & alia alterius contrarietatis: que potentie se consequuntur. quēadmodum extrema istarum contrarietatum perceptibilia a sensu tactus se consequuntur: q2 sicut qualitates actiue. videlicet caliditas & frigiditas fundantur in qualitatibus passiuis que sunt humiditas & siccitas: ita tactus perceptiuus contrarietatis inter caliditatez & frigiditatem vel ipsorum extremorum contrarietatis fundatur in tactu: qui est perceptiuus alterius contrarietatis. Unde qualis est ordo materie ad formā: talis est ordo istarum qualitatuz tangibilium: quod declaratur q2 qualitates passiue. s. humiditas & siccitas cōsequuntur compositum ratione materie cuius est pati & recipere. Qualitates autem actiue consequuntur compositūz ratione forme: ergo sicut forma fundatur in materia tanquam in subiecto: ita tactus perceptiuus qualitatis actiue fundatur in alio qui est perceptiuus qualitatis passiue. Unde in quacunqz etiaz modica parte nerui predominatur aliqua qualitas & dispositio: per quaz neruus percipit vnā contrarietatem: in eadem etiam est alia qualitas: per quam neruus percipit aliam contrarietatem: seu extrema ipsius. Q autez sint duo probatur: primo sic. Impossibile est vnum sensum tactus habere simul & semel duos actus perfectissimos. hoc enim non conceditur de intellectu: de quo magis videtur. Et ratio huius est: q2 vnus perfectissimus adequat sibi totam virtutem potentie in primo actu. Si ergo se cum compateretur alium actum perfectissimum: primus non adequaret: & sic simul adequaret & nō adequaret. Sed tactus simpliciter potest habere duos actus perfectissimos. Probatur tactus: simul sentit aquam frigidam & humidam esse. Sed non eodem actu. probo. q2 impossibile est actum sentiendi esse respectu talis obiecti: quo remoto esset iste actus sentiēdi. Sz remota frigiditate ab aqua (quod nō est impossibile vel per naturam: vel per artem vel per potentiam diuinam) adhuc tactus sentit humiditatem eius: ergo actus sentiendi humiditatē aque non est respectu frigiditatis ei9: nec est actus sentiēdi frigiditatē. Sunt ergo duo actus & perfectissimi. quoz vnus ab alio non dependet: vt visuz est: ¶ Pro. 2° probatur idez sic. Ratio obiectoz formaliter diuersorum non est respectu eiusdem actus: quiuz actus numeretur & mensuretur ab obiecto suo formali. Sz humidum & frigiduz sunt formaliter diuersa. ergo &c. ¶ Pro. tertio ab aqua inquantū frigida recipitur vna species in organo tactus: & inquantū humida alia species in eodez organo. Species enim frigiditatis non est species humiditatis: sed species in organo est principiuz actus vel formale: vel saltem inclinatiuum. Quum igitur ex duobus principijs disperatis: non ordinatis adinuicē: non egrediatur idem actus: sequitur q actus sentiendi frigiditatem & humiditatem aque sunt diuersi. Ex quo concluditur: q tactus est vnus materialiter & subiectiue non autem formaliter. ¶ Sed contra istam determinationem instatur: quia si tactus sunt duo: aut differunt numero: aut specie. non numero: quia sunt in eodem subiecto: qd non esset sm communem opinionem si solo numero differrent. Similiter alter eorum superflueret: quia quando aliqua sunt eiusdem speciei: a quocunqz potest pati vnum & aliud. Igitur a quacunqz contrarietate vel specie sensibili immutaretur vnus tactus & alius quia que sunt eiusdem speciei: quicquid competit vni: non repugnat alteri. Nec potest dici q differenat specie: q2 species vniuersi non sunt equales: quum se habent sicut numeri. ex. 8. meta. tex. cōmenti. 10. Ergo vnus tactus erit perfectior alio. Sed hoc videtur falsum. quia eque perfecte tactus sentit vnam contrarietatem sicut aliā. ¶ Ad hoc dicendum est: q illi tactus differunt specie: sicut & obiecta formalia. ¶ Ad obiectionem dicendum est: q ille perfectior est: qui est perfectioris contrarietatis scilicet calidi & frigidi. Et quum dicis. q vnus eque perfecte sentit suum obiectum sicut alius. Dicendum est: q quilibet eque perfecte sm proportionem attingit suum obiectuz: sed non eque perfecte simpliciter: & sm adequationem actus ad actum: aut potentie ad potentiam: vt diximus in questione precedente de difficultate in cognoscendo. Exemplum huius est. Oculus hominis eque perfecte sz proportionem potentie ad obiectum visibile videt solez: sicut oculus aquile. Sed non eque perfecte sm adequationez: quia actus videndi aquile est perfectior: quia acutior & limpidior qz actus videndi hominis. Sic dicendum est in proposito de sensationibus istorum sensuum. ¶ Ad vltimum respondetur. q qualitates tangibiles nō sunt priores simpliciter: vt allegatum est superius de mēte Aristote. ibidem. vbi vult. q obiectum visus sit prius natura qualitate tangibili: sicut superius expositum est & declaratum. Sed qualitates tangibiles ex eo dicuntur prime: quia in quocunqz susceptiuo sunt qualitates tangibiles: visibiles: & audibiles. Tangibiles presupponuntur ab alijs: vt priores respectu determinati susceptiui: scilicet respectu corporis mixti & elementati. Cum hoc tamen stat: q (non determinando istas qualitates visibiles ad corpus mixtum aut elementatum) sint priores simpliciter: sic q eis non repugnat esse in aliquo susceptiuo sine istis qualitatibus tangibilibus. Dicendum est etiaz ad minorem q vbicunqz est posterius. ibi est prius: veruz est vbi prius est de essentia posterioris. Sicut animal est de essentia hominis. Sed dato q qualitates tangibiles essent prime: non sunt tamen de essentia lucis & coloris: loquendo de colore extensiue. Ex quo sequitur q alicubi poterit reperiri lux & color vbi nō erit qualitas tāgibilis.

¶ Alia qdez igitur imaginationib9 & memorijs eueniūt. Tex. plogi. Q. v.



Ubitatur pmo. Utrum cogitatiua distinguatur ab extimatiua. Et arguitur auctoritate. S. Thome & Auerroys. q virtus cogitatiua non distinguitur a virtute extimatiua sic. Nulla virtus est ponenda nisi propter aliquam operationem que debet sibi competere & non alijs. Sed nulla operatio pōt cōpetere virtuti extimatiue que nō cōpetat virtuti

virtuti cogitatiue: ergo extimatiua non distinguit a cogitatiua. maior est manifesta. minor autē pbat extimatiua enim hȝ cōponere intētiones reseruatas in memoratiua z imaginatiua. sȝ hoc idē pt facere cogitatiua. g̃ supfluit extimatiua pter cogitatiuā: ita q̄ iste vtutes nō sunt distincte.

Ad oppositū dubij arguitur: ois po^a organica sensitiua determinat ad certū genus sensibiliū. qm̄ dispositio ipsi⁹ cōsistit in media pportione illius gñis: vltra qð nō pōt se extēdere. Sed cogitatiua est virt⁹ organica: z determinat ad intētionē sensataȝ ergo nō poterit apphēdere intentiones nō sensatas: neqȝ ipsas cōponere. g̃ opȝ dare virtutē supiorē que sit apprehēsiua istaꝝ intentionum z ipsaruȝ compositiua.

Respondeo breuiter. tenēdo opinionē Auicen. q̄ extimatiua distinguitur a cogitatiua. ¶ Pro rñsione tñ ad argumentū ante oppositū notandū: q̄ virtutes que habēt ordineȝ essentialem inter se: sic se habent: q̄ illa que est superior est pluriuȝ cognoscitiua: sicut apparet in exēplo de sensu pticulari exteriori: z sensu cōi. Et de sensu interiori: z intellectu. Uirtutes sensitiue interiores: z maxime cogitatiua z extimatiua habent ordinem essentialem: z vna subordinat alteri: g̃ illa que est supior. s. extimatiua poterit plura cognoscere q̄ȝ cogitatiua. z ita cum intentiones non sensate non apprehendant a cogitiua sȝ viaȝ Auicē. apprehendent ab extimatiua. ¶ Et per hoc apparet rñsio. ad argumētuȝ. Dicēdo q̄ necessitas ponendi extimatiuam distinctā a cogitatiua. est apprehensio aliquorum obiectorum: que non possunt apprehendi ab aliquo sensu interiori: aut exteriori. ¶ Sub eodem tex. queritur.

Utrum imaginatiua z memoratiua sint potentie apprehensiue: z cognoscitiue. Et arguit q̄ sic. q: expimur in nobis q̄ recordamur alicuius preteriti inq̄ȝtū preteritū ē: z silr imaginamur. Sȝ ista imaginatio nō pōt esse actus cogitatiue aut extimatiue: q: tunc cogitatiua aut extimatiua eēnt memoratiua: qð nō pcedit. Neqȝ ēt potest esse act⁹ sensus cōis z sensus pticularis exterioris: q: iste potentie nihil apphendunt nisi in pñtia rei sensibilis: ergo actus recordationis est memoratiue z imaginatiue. Ex quo sequit q̄ ipse sunt cognoscitiue perfectiori modo etiam q̄ȝ aliqua alia potentia: q: illa potentia dicit esse perfectior in cognoscendo que cognoscit difficiliora: sed ita est q̄ difficilius est cognoscere preterituȝ inquantum preteritum: aut futurum inquantum futuruȝ: z sic cognoscere est actus memoratiue z imaginatiue: ergo iste virtutes perfecti⁹ sunt cognoscitiue.

Ad oppositū m̄ arguit. Actiuo totali naturali z passiuo simul approximatis z nō ipeditis de necessitate sequit actio: sȝ actiuū totale per se sensationis z nāle est obiectū sensibile pñs in se vel in spē sensibili. passiuū nāle a tali obiecto est ipse sensus. z ista duo sunt in po^a memoratiua z imaginatiua. ergo in ipsis semp sequtur actus memorandi z imaginādi respectu illoꝝ obiectoꝝ. quoꝝ spēs sunt in ipsis. vel saltēȝ po^a memoratiua semp habebit actū recordatiōis respectu illius obiecti ad qð ipsa po^a memoratiua magis nāliter inclinat. Sed oppositū experimur in nobis: ergo memoratiua z imaginatiua: non sunt potentie cognoscitiue.

Pro respōsione g̃ ad arg^m pmittit primo q̄ po^a memoratiua nō est po^a tm̄ reseruatiua spēi: veꝝ ēt est aliq̄ po^a cui⁹ est apphēdere aliquē actū in nobis pteritū inq̄ȝtū pterit⁹ est: q̄ act⁹ preterit⁹ ē obiectū pmū recordatiōis. De hoc videas Sco. i 4. di. 45. q. 3. vbi diffinit memoria. ¶ Memoria est recordatio alicuius act⁹ preteriti inquātū preteritus est: qui ī sunt supposito recordanti. ¶ Scd̄m premissum est: q̄ ab actu existēte in nobis defluit quedam species in memoratiua: aut in aliq̄ po^a reseruatiua specieꝝ: que retinet similitudinem actus: qua postmodū defluente z redeunte ad cogitatiuam seu extimatiuā potest virtus cogitatiua aut extimatiua considerare ipm̄ actum non pñteȝ in se: sed in specie. z nō tñ potest hoc facere talis virtus: verū ēt pōt percipere totuȝ fluxum ipis inter instans in quo prefuit talis actus in nobis: z instans pceptiōis pñtis. Nec obstat q̄ iste fluxus dicat esse ens successiuū. q: successiuū sicut est motus: est per se sensibile. Silr si dicas q̄ iste fluxus q̄ est mot⁹ sit numerus: hoc non impedit: quin possit percipi a po^a sensitiua: qm̄ numerus est per se sensibilis. ¶ Q. si dicas: q̄ po^a sensitiua non potest percipere actuȝ pprīū: aut sensationē ipam: qm̄ hoc arguit reflexioneȝ potentie super actū: que reflexio puenit ex imaterialitate potētie. ¶ Respōdeo q̄ po^a sensitiua non potest percipe actuȝ ppriuȝ in se: dum sibi inest in se: z in existentia propria. Sȝ bene potest percipere actum propriuȝ pñtē in aliqua specie que p defluxuȝ ab aliqua potētia reseruatiua: mouet ipsam potentiā ad cōsiderationē ipsius actus representati per talē speciē. z sic cognoscere actū propriū nō arguit reflexionē po^e sup actū. ¶ Ultimo est notandū q̄ potentia memoratiua: z vniuersalr quecūqȝ potentia reseruatiua specieꝝ cōsistit in opposita dispositione nāli ei que est apprehensiua ipsoꝝ obiectoꝝ reseruatiua eni cōsistit in maxima siccitate z frigiditate. qm̄ sicci aut frigidi est bene retinere. Sed apprehensiua cōsistit in dispositione calida z humida: qm̄ humidi est facile apphendere. z p caliditatem fit defluxus spirituuȝ deferentium species ad ipsam potentiam apprehensiuam.

Ex his omnibus apparet responsio ad argumētum. Cum dicis q̄ actus memorādi z recordandi non est actus cogitatiue: aut extimatiue. Dico q̄ actus memorandi est actus cuiusdaȝ aggregati ex potentia memoratiua: z ex potentia cogitatiua seu extimatiua. Naȝ memoratiua non est tantū illa potentia que reseruat species: verū etiam alie potentie apprehensiue cōiuncte cū ipsa memoratiua. Dicit tñ appropriate attribui actus recordandi reseruatiue: ppterea q: per spēm reseruatam in ipsa fit immutatio cogitatiue aut extimatiue. Et qð dixi de actu recordandi: dico etiam de actu imaginādi: dicendo q̄ imaginatiua non tantum est potentia que reseruat species: verum etiam aliqua apprehensiua sibi coniuncta que immutatur a specie aliqua reseruata in ipsa imaginatiua zc.

¶ Experiētia q̄dem singulariū est cognitio. Tex. prologi. Q̄ō. vj.

Utrum natura obiecti sensibilis sit obiectū pmuȝ z formale sensus. Et arguit pro pte negatiua. Presupponendo: q̄ quandocunqȝ est aliquod vnuȝ primum obiectum alicuius po^e: pōt illud attingi per se a tali potentia. Isto stante arguitur sic. Quādocūqȝ aliqua potentia habet aliqð vnū p^m obȝ pōt illud cognoscere. Sed ita est q̄ potentia sensitiua habet naturam obiecti sensibilis pro pmo obiecto formali: ergo poterit cognoscere tale obiectum: z vlterius cum cognoscat hoc singulare: poterit cognoscere differentiam inter singulare z naturam cōem obiecti sensibilis: sed cognoscens extrema alicuius differentie poterit cognoscere ipsam differentiam: que dependet ab extremis. ergo sensus particularis exterior cognoscit talem differentiaȝ: sed hoc est falsum: ergo illud ex quo sequitur. ¶ Et pfirmatur: quia cum differentia ista inter nām cōem z ipȝ singulare: nō possit esse nisi dña rōnis sequit q̄ sensus exterior percipiet differentiā rōnis: z ita cognoscet relationē seu respectū rōnis. Et q̄ sequat arguit. q: differentia que est inter albedinē: exēpli gratia: z hanc albedinem: aut est sbalis: aut accidētalis. Non substantialis: q: albedo non differt ab hac albedine essentialr. vt pȝ. Neqȝ ēt ista differentia est accidētalis realis: quia si est accidentalis realis

aut est per accidēs propriū: aut per accidēs cōe. Nō p ac
cidēs ꝓpriū: q2 tale cōpetit p se vtriqȝ. supiori: ⁊ inferiori:
ergo p tale accn̄s nō distinguunť. Non p accn̄s cōe: quia
tale accn̄s ꝑmo cōpetit inferiori ⁊ secūdario supiori: ergo
dr̄ia nō pōt sumi penes tale accn̄s. Si ḡ erit aliqua dr̄ia
erit precise ꝑm accn̄s rōnis: ḡ sensus ꝑcipiet talem dr̄iam
sumptā ab accn̄te rōnis. Sed omnis talis dr̄ia que acci-
pitur ab accidēte rōnis: est ens rōnis ḡ ista dr̄ia rationis
percipietur a sensu. ¶ Scd̄o ꝑncipaliter arguitur. Data
veritate isti⁹ ꝙ nā obiecti sensibilis sit obiectū sensus seq
tur ꝙ sensus erit potētia abstractiua: ꝯn̄s ē falsuȝ. ḡ ⁊ ante
cedens ꝯn̄ia ꝓbatur. q2 qn̄cunqȝ potentia apprehendit
aliquod vnū obiectū realiter cōiūctū cū altero. ⁊ appꝛhē
dit illud sine illo potētia cognoscens abstrahit vnū a reli
quo: sed ita est: ꝙ nā obiecti sensibilis est realr̄ ꝯiūcta cuȝ
singulari: ⁊ ipsa percipiť a sensu sub ꝓpria rōne: ⁊ nō sub
rōne singularitatis: ergo talis potentia in cognoscendo:
abstrahit naturam a singulari. Et ꝯfirmatur: q2 scd̄o phy.
Mathematicus abstrahit q̄ntitatem a materia sensibili:
q2 ꝯsiderat taleȝ quantitatem sine ipsa materia: cui cōiū
giť realiter. ¶ Tertio arguiť data ista positione: sequitur
ꝙ species sensibilis in sensu eodē modo repn̄tabit obie
ctū sensui: sicut species intelligibilis in intellectu. Conse
quentia declarať. Nam species sensibilis in sensu repn̄
tat ipsam naturā sub rōne nature: ⁊ hoc idem representat
species intelligibilis in intellectu. ergo habeť propositū.
¶ Q: si tu dicas: ꝙ species intelligibilis repn̄tat nām vt
est in multis. ⁊ vt de multis. Contra: esse de multis est rela
tio rationis dependens ab intellectu possibili. sed speci-
es intelligibilis precedit omnem actum intelligendi: er-
go non potest repn̄tare nām vt est i multis: ⁊ de multis.

Ad oppositū tn̄ arguiť. Illud est obiectuȝ for-
male potētie sensitiue: qđ est rō
mouendi ⁊ terminandi actum potētie sensitiue. Ista ꝓpo
sitio patet quoniam obiectū formale se hȝ ad māle sicut
quo ad quod: ⁊ obiectuȝ formale est id per quod obiectū
māle mouet potentiam aut terminat actum eius: sed ita
est ꝙ obiectum sensibile nō mouet neqȝ terminat ipsam
potentiā sensitiuaȝ nisi sub rōne nāe: qđ ꝓbatur: q2 sicut
in actione reali ratio mouendi ⁊ terminandi est ipsa na-
tura vt ꝯcediť ab omnibus: ita etiam in actione intētio
nali. ergo in actione sensus natura obiecti sensibilis erit
ratio. mouēdi ⁊ terminandi actum sensus. Et confirmať.
illud est ratio terminādi ⁊ mouendi potentiaȝ sensitiuā:
sub qua aliqđ cognosciť ⁊ attingiť a potentia. sed ita est:
ꝙ obiectū sensibile attingiť ⁊ cognosciť sub rōne nature.
⁊ nō sub ratione singularis (vt in q̄ōne de vnitate nature
declarabiť. ⁊ amplius in. 7. metaphy. deo dante) ḡ ratio
nature. est ratio mouendi ⁊ terminandi: ⁊ ex cōsequenti
sequitur ipsam esse obiectum formale sensus.

In ista. q. primo premittētur aliqua notanda. Se
cundo rn̄debiť ad argumēta an̄ oppoᵐ.

Pro determinatione igitur q̄ōnis pre-
termittuntur qua
tuor. ꝑmū ꝙ sensus nō ꝑcipit nām sine singularitate: sed
necessario illā apprehendit in singulari: licet ipsa nā sit ra
tio apprehendēdi, ⁊ cognoscēdi. Unde sicut in actiōe rea
li nā est ratio agēdi. singularitas aūt est cōditio necessaria
cōcomitās talem rōnē agendi. Et silr̄ sicut nā est ratio ter
minandi in tali actione reali. ⁊ singularitas ꝯditio neces
sario annexa tali nāe: vt est ratio terminādi huiuscemodi
actionē: ita dicimus pariformiter in actione intētionali
obiecti sensibilis in sensu. ¶ Aduertēdū secundo. ꝙ diffe
runt intellectus ⁊ sensus in apprehēdendo nām ⁊ singula
ritatē. vterqȝ enī cōuenit in hoc: ꝙ neuter tā sensus quam
intellectus apprehēdit singularitatē distinctā a nā. Neqȝ
distinctā ꝯtra aliam singularitatem. Intellectus tamen
differt a sensu in hoc: q2 naturā ipsam seorsum a singulari
tate percipit ⁊ cognoscit: qđ nō facit sensus. Et ratio isti⁹
dr̄ie est ex parte intellectus: q2 species intelligibilis ꝑri-
mitur. non tn̄ ab obiecto in fantasmate qđ est singulare:
verȝ ēt ab intellectu agēte. qui est virtus abstracta. ꝑm esse
a mā: ⁊ ēt ꝑm operationē. q2 ei⁹ est abstrahere quiditatem
a cōditionib⁹ indiuiduātib⁹: dicente cōmē. 3. de aīa com
men. 18. Si quiditates essent abstracte vt posuit Pla. nō
indigeremus intellectu agēte. q2 igitur spēs intelligibilis
gigniť virtute intellectus agētis (cuius est abstrahere ta-
les q̄ditates) repn̄tat ipsa species nām abstractaȝ a singu
laritate: ⁊ ita itellectus possibilis potest apprehendere ⁊
cognoscē ipsam nām sine singularitate: species vō sensibi
lis (q2 totaliter causať ab obiecto sensibili singulari: sicut
a cā totali ⁊ adequata) hȝ repn̄tare nām ipsam: nō solum
sub rōne nāe: verȝ etiā sub rōne singularitatis: q2 ad ipaȝ
causandā nō concurrit aliq̄ virtus abstractiua. ¶ Est ter
tio aduertēdū: ꝙ lȝ singularitas nō sit rō apprehēdendi ⁊
cognoscēdi in actione sensus: cōcediť tn̄ esse obiectū co-
gnitū: vel ps obiecti cogniti. Nunqȝ tn̄ est mod⁹ obiecti
sub quo obiectū cognoscitur: ⁊ vt sic non est ratio cogno
scendi. ¶ Ultimo notandū est: ꝙ cum potentia cognosci
tiua habeat apprehendere obiectū suuȝ ꝑm aliquam vni
tatem cū sensus nō apprehendat obiectum sensibile ꝑm
vnitatem singulareȝ: apprehendet tale obiectū ꝑm vnita
tem nature. Ita ꝙ natura ⁊ erit ratio cognoscendi ⁊ erit
ratio cognita. In qua cognitione (vt dictū est) necessario
ꝯcurrit ipsa singularitas vt pars obiecti cogniti. Q: aūt
obiectuȝ sensibile sic cognoscať ꝑm vnitatem nature. ali
qualr̄ dictū est in precedentibus. Nam obiectum sub ea
rōne cognosciť: ⁊ sub illa vnitate: sub qua mouet poten-
tiaȝ cognoscitiuaȝ: q2 eadem est ratio mouendi: ⁊ termi-
nādi sed obiectū sensibile mouet sub ratione nature: ⁊ nō
sub rōne singularis. ergo ⁊c. Probať hoc ēt esse de mēte
Ar. in. 2. de aīa tex. cōmē. 63. vbi vult ꝙ sensus. particula
ris nō decipiť circa suuȝ ꝓpriū. sensibile: ⁊ hȝ ꝙ visus nō
decipiť circa colorē. quī color. Neqȝ auditus circa sonuȝ.
quī sonus: sed circa q̄d est coloratū: aut vbi est coloratuȝ.
ex quo vult hr̄e ꝙ visus apprehēdēs colorē ꝑȝ vnitatē nāe
non decipiť circa tale obiectū quo ad talē vnitatē appre
hensam: sed bene quo ad cōditiones cōcomitantes natu
ram. Ex quo vult habere: ꝙ natura est ratio apprehēdē-
di ⁊ cognoscendi respectu sensus.

His positis de secūdo arti. rn̄deť ad ꝑmum ar-
gu. ante oppositum ⁊ ei⁹ ꝯfirmatio
nē: ꝙ sensus apprehēdit colorē: ⁊ hunc colorē, sed idistin
cte nō distinguēdo colorē ab hoc colore: q2 nō distinguit
nāȝ a singularitate: vt dictū est: ⁊ sic cessat omnis questio.
¶ Ad scd̄m argu. reduco argumētū contra ipsuȝ. Omnis
potentia cognoscens aliquod vnū obiectum coniunctuȝ
cuȝ alio realiter: vbi tale obiectū apprehēdať sine illo. po
tentia cognoscens abstrahit ⁊ cognoscit abstracte. Ista
est tua. sed sensus quicunqȝ particularis: imo etiā interior
ꝑm recte sententes percipit accidētia sensibilia ꝯiuncta
realiter ipsi sbe: ⁊ percipit talia accidentia sine subiecto:
ergo omnis sensus cognoscit abstracte ꝯclusio est falsa:
etiam ꝑm te: ergo aliqua premissaruȝ: non minor vt de se
patet: ergo maior que est, tua. Ideo respōdetur ad formā
argumenti: ꝑmittendo: ꝙ duplex est abstractio: quedam
est speciei. ⁊ similitudinis ab ipsa re: ⁊ ista cōpetit intelle
ctui ⁊ non sensui. sensus enim non abstrahit speciem sen-
sibilem ab obiecto sensibili q2 species sensibilis gigniť:
sicut a causa totali de obiecto sensibili. quicquid dicant
non nulli Scotiste. hoc est de mente Doc. sub. in primo
sententiarum di. 3. q. 6. ⁊ q. 7. Ista abstractio speciei ⁊ si-
militudinis nō est ab aliquo pri⁹ cognito. sed ista abstra-
ctio est ab incognito: q2 intellectus agens abstrahens
speciem intelligibilem a fantasmate non cognoscit ipm
fantasma. Secūda abstractio est ꝑȝ operationē: ⁊ est quā
do aliqđ vnū includēs plures rōnes cognoscibiles: pre-
cise cōcipit ꝑm vnam illaȝ illam abstrahendo ab alia rō
ne prius cognita. Et ista abstractio semp ꝓsupponit illud
a quo fit abstractio esse prius cognitum. Applicando ad
propositum

propositum. sensus non percipit naturam coloris abstrahendo a singulari: sic q feratur in colorem post cognitionem singularis: sed simul apprehendit vtrumque: sed dato q apprehenderet colorem sine hoc colore. quod est falsum. adhuc non sequitur q ipse abstraheret: nisi addatur q precognosceret ipsum singulare: et isto modo nos dicimus mathematicum abstrahere quantitatem a materia sensibili: quia per intellectum cognoscit materiam sensibilem: a qua postmodum prescindit ipsam quantitatem per intellectum. considerando quantitatem sine ipsa materia sensibili. Et per hoc patet ad confirmationem. ¶ Ad vltimum argu. negatur consequentia: q species sensibilis et intelligibilis eodem modo representet. Species enim intelligibilis representat naturam sine singularitate: eo q gignitur mediante virtute abstracta que est intellectus agens: et ita species intelligibilis et in essendo et in representando est abstractior quam sit species sensibilis in representando: quia representat obiectum magis abstracte in essendo: quia recipitur in subiecto immateriali et inextenso: species vero sensibilis est materialis representando: quia representat singulare materiale: et est materialis in essendo: quia recipitur in subiecto materiali et extenso. quare instantia nulla. ¶ Et per hec sit sufficienter dictum quantum ad istam questionem.

¶ Cum his singulorum cognitiones maxime sunt proprie sensibus Tex. prologi. Questio vij.



Queritur. Utrū detur status in oī genere causaruꝫ. Et ar- guitur ꝙ non. Primo. quia generatio est eterna: ꝗ nunq̄ incepit esse: ꝗ lꝫ successiue vna post aliā: sꝫ cuilibꝫ gñationi corrñdet ppꝛia mā: ppꝛia forma efficiens: ꝗ finis. igitur ꝛc̄. ¶Maior pꝫ. quia mot⁹ nunq̄ in cepit esse: ex. 8. physicoꝝ. tex. cōmē. 4. 5. ꝗ 6. ¶Motus aūt est cā gñationis in istis inferiorib⁹: ex 2° de generatione tex. cō. 54. ꝗ 55. igitur ꝛc̄. ¶Scdo. iter primā cāꝫ ꝗ q̄li- bet aliam est distantia infinita. Igitur inter primaꝫ cām ꝗ q̄libet aliam possunt accipi infinita media. ergo ꝛc̄. Antecedens declarat: q̄r quādo distantia non accipitur penes quantitatem iteriacenteꝫ inter extrema: tanta est distātia: q̄ztus est excessus pfectioris extremi: q̄r distātia nō tm̄ reperit in q̄ztitate molis: sed etiā in quātitate per fectionis suo modo: sed prima causa excedit in infinituꝫ quamlibet aliam causam. Igitur ꝛc̄.

Ad oppositū est Aristo. scđo metaphi. tex. cō- men. 5. ⁊ Cōmentator.

In ista. q. primo ponentur distinctiones. Scđo re- spondebitur ad. q. Et tertio obijcietur contra determinationem.

Quantū ad primuȝ. Prima distinctio est hec. Cau- saruȝ quedā est per se: quedā per accidēs. Illa est per se: que sm̄ propriam nām aliquid causat: sic q̄ eius nā est per se ⁊ ppria ratio formalis agendi: vt edifi- cator respectu edificationis. edificator enim īportat artē edificandi: que est per se ratio formalis edificandi: ⁊ per se ⁊ essentialiter ordinat̄ ad edificium: sicut ad propriuȝ ef- fectuȝ. Alia est causa: que dr̄ per accñs. que nō sm̄ ppriā nām causat: sed est accñs ꝯiunctū: cuȝ eo: qđ est per se rō formalis agendi: vt musicū edificat. musica. n. est accñs eius: qđ est per se ratio formalis agendi: q2 musica ꝯiun- gitur cū arte: ⁊ pro tāto musicū edificat: q2 edificator est musicus. ¶ Scđa distinctio cāᷓrum: quedā sunt essentia- liter ordinate: quedā accidētaliter ordinate: prime sunt que ordine quodā essentiali ⁊ necessario ꝯcurrunt ad ali- quē effectū causandū vt sol ⁊ hō: respectu gñatiōis hoīs. Cause accidentalr̄ ordinate sunt: que ordine quodā acci- dentali ꝯcurrunt ad aliquē effectū causanduȝ. vt Sor. ⁊ pater ipsius ꝯcurrūt ad gñationē Martini: si Martin⁹ sit filius Sortis. ¶ Et est aduertendū: q̄ ex alio orit̄ disti- ctio causaꝝ per se: ⁊ per accidēs: ⁊ ex alio scđa distinctio. Prima oritur ex cōparatione cause ad effectum. 2ª orit̄ ex cōparatione duaꝝ causarū: inquantuȝ ab eis puenit aliquis effectus ordine quodā essentiali vel accidentali: ⁊ inter causas assignatur triplex differentia in vtraqȝ di- stinctione. Prima est: q2 cause essentialiter ordinate: sūt quarū vna depēdet ab alia in causando quicquid sit de esse ipsius: vtruȝ. vȝ. in esse depēdeat causa superiorē vel nō? Unde qñqȝ cause essentialiter ordinate dependēt in esse: ⁊ in causando: qñqȝ dependēt nō q̄ȝtum ad esse: sed q̄ȝtum ad aliquē influxuȝ: aut aliquā formaȝ receptam a superiore: semp tñ depēdet in agendo a superiore. Qñqȝ vero ⁊ tertio: cause essentialiter ordinate nō depēdent q̄ȝ- tum ad esse: nec q̄ȝtum ad influxum: sed imediate attin- gunt effectuȝ ordine quodā essentiali: sic q̄ vna perfecti- us ꝯcurrit q̄ȝ reliqua: vna tamē non mouet̄ ab alia: neqȝ recipit aliquā formā: aut influxum. Exemplum primi. ce- luȝ ⁊ ignis in gñatione ignis. Exemplū secūdi. manus ⁊ baculus in mouēdo pilam: ⁊ sm̄ Auerroym motor sepa- ratus ⁊ motor ꝯiunctus in mouēdo celuȝ: vt in. 12. meta- phy. cō. q̄rti. Exemplum tertij. pater ⁊ mater in gñatiōe prolis cōcurrit semen viri ⁊ semē femelle: ordine quodaȝ essentiali: sic q̄ quantūcunqȝ intenderetur in infinitum: virtus seminalis viri nō posset sine semine femelle inge- nerationē fetus. ¶ Si loquamur de causis accidentali- ter ordinatis: nulla dependet ab alia in causando: licet forte in esse: ⁊ hoc presupposito q̄ idētitas agētis requi- ratur ad idētitatem numeralē effectus. Quod pȝ videri. 8. meta. tex. cō. 11. ⁊ cōmen. 12. vbi Aris. nō assignat di- uersitatē effectus: nisi ppter diuersitatē mouētis aut ma- terie. Qȝ autē causa accidētaliter ordinata nō depēdeat ab alia in causando patet. quia Sor. potest generare pa- tre suo existente mortuo. ¶ Secūda differētia que sequi- tur ex prima est: q̄ in essentialiter ordinatis. causa prior semp est perfectior: ⁊ alterius speciei seu rōnis a secūda: ⁊ in prima cōcurrit cōmuniter triplex prioritas: prima est nature. q2 prior cōmuniter est vniuersalior q̄ȝ posterior in causando: ⁊ ad plures effectus se extendit: vt pȝ de deo ⁊ intelligentia scđa. Secūda prioritas est sm̄ perfectiōeȝ essentialeȝ in causando q2 prior semp est essentialiter per- fectior: ⁊ hoc cōpetit omnibus prioribus. Tertia priori- tas que sequitur ex secunda est: q̄ cause essentialiter or- dinate semp sunt alterius rationis: sed cause accidētali- ter ordinate: nō habent istas cōditiones dictas: vt patet intuenti. Et hec secunda differentia sequit̄ ex prima: q2 ex quo posterior depēdet a priore. essentialiter in causan- do: ⁊ qđ est vnius rationis nō dependet essentialiter ab alio eiusdem rationis: quia vnum istoruȝ potest tantum intendi in sua virtute: q̄ alterum superflueret. igitur ⁊c̄. ¶ Tertia differētia est: q̄ cause essentialr̄ ordinate simul actu sunt: ⁊ actu causant. Accidentaliter ordinate sunt: ⁊ causant successiue: vna post aliam: ⁊ sequitur ex prima ⁊ secūda. Nam quia causa secūda depēdet in causando a prima: non poterit scđa causare: nisi causante prima: ⁊ ex ꝯsequenti esse sine prima. Similiter ex eo q̄ superior habet perfectiorem causalitatem supra effectum q̄ȝ infe- rior: oportet q̄ causante inferiore: superior causet aliogn effectus posset esse sine eoȝ quo essentialius depēderet: quod est impossibile. quia tunc non dependeret effe- ctus essentialiter ab ipsa: ⁊ vlterius aliqua per se causali- tas deesset effectui: nisi omnes simul ꝯcurrerent ad cau- sationem effectus.

De secundo articulo dicitur ad. q. q̄ datur sta- tus in causis in quolibet genē cau- se. Tuȝ quia hoc probat Aristo. 2. metaphysice. tex. com. 5. ⁊ postmodum sigillatim in quolibet genere cause: ⁊ vt videatur itentio Aristote. ponuntur tres propositiones. ¶ Prima est ista. In causis essentialiter ordinatis nō est possibilis infinitas. ¶ Secūda. in accidentaliter ordina- tis nō est possibilis infinitas: nisi ponatur stat⁹ in essen- tialiter ordinatis. ¶ Tertia. q̄ negādo ordinem essentia- lem in causis: adhuc īfinitas est impossibilis. ¶ Iste tres propositiones colligūtur de mēte Cōmenta. 2° metaphy- sice cōmen. 6. Inquit enim Cōmētator. Necesse est si ali- qua res nō fuerit primum: vt vniuersum: nō habeat cau- sam omnino: ⁊ hoc manifestum est in motis que mouēt se: adinuiceȝ habentibus situm. s. que sunt insimul: ⁊ ista impossibile est vt sint infinita: essentialiter aut acciden- taliter. Si autem fuerit positum in vniuerso carenti situ tunc erit impossibile essentialiter quia vniuersum nō ha- bebit motorem omnino: sed est necessarium accidentali- ter. Quādo primus motor fuerit positus: nō motus om- nino: quia tunc erit eternum: ⁊ mouebit vnuȝ post aliud in eternum: ⁊ hec omnia declarata. in. 8° phyricorū: hec Cōmētator. Ponit hic Cōmē. aliquas ppositiones: Qua- rum prima est ista. Si cause essentialiter ordinate proce- dunt in infinitū: nulla erit causa. Secūda est. In causis habētibus sitū: siue essentialiter: siue accidētaliter ordi- natis: nō est possibilis īfinitas. Tertia est. In causis eēn- liter ordinatis nō habentibus situm est īpossibilis infini- tas essentialis. ¶ Prima propositio probatur ab Aristo- tele. sic. tex. cōmēti prefati. Si cause essentialiter ordina- te procedunt in infinitum: ⁊ maxime efficientes: nulla erit causa efficiens. consequens est euidēter falsum: ⁊ cō- tradicit antecedenti. igitur antecedens: cōsequentia pro- batur. presupponendo: q̄ vbi datur in causis aliquid prius: ⁊ aliquid posterius: ⁊ aliquid medium: semper prius est causa motionis medio ⁊ vltimo: quia omnia mouent in virtute primi: ita q̄ si primum non mouet: mouent alia: ⁊ si primum non efficeret: nō efficerent alia ⁊ sic remota causalitate primi: remouetur causalitas ab omnibus alijs: sed vbi est infinitas: ibi non est primum. ergo vbi est infinitas: ibi non est causalitas in primo: sed si non est causalitas in primo non est in alijs. igitur po- nere infinitatem in causis agentibus est remouere om- nem causalitatē: sed hoc est impossibile. igitur primum scilicet esse infinitatem in causis agētibus. ¶ Secundo presupponit. q̄ vbi est infinitas: ibi non est primum: sed in infinito omnes partes sunt medie. ¶ Pro cuius de- claratione notandū est: q̄ medium quod accidit in agē- tibus ⁊ causis habet tres conditiones. Quarum prima est: q̄ eo ipso q̄ est mediū: nō est primuȝ in causantibus: nec habet virtutem super oīa causata: quia ipsuȝ causa- tum non habet virtutē super seipsuȝ. Scđa conditio est. q̄ mediū habet respectuȝ ad primum: ita q̄ sua causali-

tas per quā

tas per quaz potest causare nõ est nisi in virtute primi: ĩõ est mouẽs motum. Ultima cõditio est: ꝙ omne agẽs medium est mouens motum: quum enim medium moueat posteriora: est mouens: quum autem moueat virtute primi est motum: si autem daretur infinitas in causis: cause essent medie ſm primam proprietatem: qꝛ nulla ipsarum esset prima: nec haberet virtutẽ super omnia causata. tamen ſm secũdã proprietatẽ nõ essent medie: qꝛ nõ haberent habitudinez ad aliquot primũ. Similiter cause non essent medie ſm tertiam proprietatẽ: quia lꝫ quelibet eẽt mouẽs mota: nulla tamen moueret in virtute pmi. ❡Et per hoc soluit obiectio cõtra Ar. ꝙ ratio probãs statum in causis petit pncipiũ: qꝛ assumit ꝙ in causis datur primuz ꝛ vltimum nisi patet. qꝛ accipit mediũ tãtũ negatiue per priuationẽ primi ꝛ vltimi. nõ autẽ positiue: qđ hꝫ habitudinẽ ad primum ꝛ vltimum. ❡Secunda propositio Cõmẽ. ꝙ in causis habentibus situm nõ est possibilis infinitas: neqꝫ essentialis: neqꝫ accidẽtalis. Hec propositio pbat. psupponẽdo ꝙ Cõmẽ. per causas habẽtes situz intelligit causas que nõ tantũ cõcernunt situm positionem ꝛ q̃titatem. veruz etiam sunt simul: quẽadmodum corpora celestia: elementa: mixta que simul actu existũt: per causas nõ habentes situm: intelligit causas nullã cõcernentes q̃titatez in esse: quẽadmodũ deus ꝛ intelligentie. Hoc presupposito probatur conclusio. Naz dato opposito ipsius sequeret ꝙ daretur infinitum in actu. q̃ñs est impossibile ex tertio physicoruz. ꝛ pmo celi. igitur antecedens. consequentia probatur: quia ex omnibus istis causis infinitis actu existentibus fit vna magnitudo infinita: ꝛ vlterius: quuz omne corpus sit mobile: in tempore finito moueretur corpus infinitum: cuius oppositum demõstratur. 6. physi. ❡Tertia propositio Cõmentatoris est: ꝙ si cause nõ habent situm in istis est impossibilis infinitas essentialis. Hec probatur: qꝛ in istis est deuenire ad motorez oino imobilem: tam per se q̃z per accidẽs: vt demonstratur. 8. physi. ❡Alij exponũt Cõmen. dicendo ꝙ ſm ipsuz duplex est vniuersum: quoddaz habens situz ꝛ ista vniuersitas est causaruz essentialiter ordinatarum. Aliud est vniuersum carens situ: ꝛ est vniuersitas causaruz accidentaliter organicarum: quarũ vna est post aliã: ꝛ nõ simul. In pmo vniuerso non est possibilis infinitas neqꝫ essentialis: neqꝫ accidentalis: qꝛ tunc daretur infinitum in actu: vt argutũ est. In alio vniuerso est possibilis ĩfinitas accidẽtalis: nõ eẽntialis. nam tale vniuersum est multitudo indiuiduoruz. que est accidẽtaliter ordinata: vt homo ab hoie: in eadẽ specie. ❡Sed pretermissa expositione Cõmentatoris. Uidẽduz est de trib⁹ propositiõibus: quas pono doctor subtilis in primo sen. di. 2. q. 2. ad mentem Ar. in hoc. 2. meta. ꝛ postmoduz arguenduz est cõtra ipsas: ꝛ rões soluende sunt. ❡Prima ppositio de mẽte Aristo. ſꝫ ipsuz est ista. In essentialiter ordinatis nõ est possibilis ĩfinitas in quocũqꝫ genere cause. ❡Secunda. In accidẽtaliter ordinatis nõ est possibilis ĩfinitas: nisi ponat statꝰ in eẽntialiter ordinatis. ❡Tertia ppositio. In accidẽtaliter ordinatis nõ est possibilis infinitas: etiaz si negetur ordo eẽntialis. ❡Prima ppter breuitatẽ dicat a. 2ᵃ b. 3ᵃ. c. pᵃ pbatur psupponẽdo: ꝙ ois causa in eo ꝙ cã nõ est vltima: qꝛ vltima nihil causat: similiter ois causa causans in virtute alterius non est prima. Ex his duab⁹ suppositionib⁹ seqꝫ ꝙ si cause eẽnt ĩfinite: quelibet causaret in virtute alterius: ꝛ ita nõ esset pma nec vltima: sed oẽs medie. q̃ñtia probatur: qꝛ cause essentialiter ordinate sunt: quaruz vna dependet ab alia in causando ex dictis superius. ergo vna causaret in virtute alterius: ꝛ ita oẽs essent medie per abnegationẽ pmi ꝛ vltimi. Ex hoc arguitur. Omnes cause medie simul accepte habẽt causalitatem ab aliqua vna cã: alioquin vniuersitas causarum mediarum nõ esset cãta. Qđ enĩ ẽ causatũ hꝫ cãlitatẽ ab eo a quo causat: qꝛ hꝫ virtutẽ causatiuam ab illo. sed quelibet causarũ mediaꝝ est cãta. ergo quelibet istaruz causarum mediaruz habet causalitatez ab aliqua vna causa. ista nõ est aliqua istius vniuersitatis: qꝛ tũc eẽt cã suiipsius. g̃ est extra istam vniuersitatem: ꝛ per q̃ñs est incausata ꝛ indepẽdens. ergo ista causa est prima. ❡Scdo probat eadem conclusio. Illa que oĩa sunt simul in actu: nõ possunt esse infinita. sed oẽs cãe essentialiter ordinate sunt simul in actu igitur ꝛc. maior patet per Aristo. ꝛ oẽs phantes. minor probatur ex prima differentia posita superius inter causas essentialiter ordinatas ꝛ accidentaliter ordinatas. Nam infima causa essentialiter ordinata causante quelibꝫ alia necessario causat. ❡Tertio. vbi nõ est primum ibi non est essentialiter prius: sed vbi est infinitas: nõ est primum. ergo ibi non est essentialiter prius: ꝛ maior patet: ꝛ minor probatur: quia illud est prius quod est principio propinquius. quinto metaphysice. sed vbi est infinitas nõ est principium. igitur neqꝫ prius. ❡Quarto in essentialiter ordinatis quanto causa est prior aut superior tanto est perfectior: ergo in infinitum superior: est in ĩfinituz perfectior. ꝛ si sic. ergo erit idepẽdẽter causans ꝛ nõ in virtute alterius: ꝛ per cõsequẽs prima.

Sed vt videatur q̃tum iste rationes cõcludunt. Arguitur cõtra ipsas primo contra primam: ꝙ eque bene cõcludat de causis accidentaliter ordinatis sicut de essentialiter ordinatis. Quia accipio omnes patres generantes si sint infiniti. igitur omnes sunt medij: ꝛ si sint medij: causalitas omnium est ab aliqua vna causa. Illa non est aliqua vna illarum: quia si sic illa esset causa suiipsius. Igitur est aliqua causa prima que est causa omnium. ❡Item est dubium circa cõmentum quintũ. vbi Aristo. ponẽs ꝙ cause non procedunt in infinitum ſm rectitudinem Cõmen. exponit ꝙ Aristo. forte intelligat per causas ſm rectitudinez: causas que sunt eiusdem speciei: vt homo ab homine: ꝛ per ſm speciez: intelligit causas que sunt de diuersis speciebus collocatis sub eodem genere: sed cause que sunt eiusdem speciei sunt accidentaliter ordinate: ꝛ in istis est processus in infinitus. Et Aristo. intendit: ꝙ in causis ſm rectitudinẽ nõ est processus infinitus. ergo contradictio vel Cõmen. nõ exponit ad intentionez Aristo. ❡Tertio si esset processus in infinitum in causis accidentaliter ordinatis: esset numerus infinitus: ꝛ species numerorum sunt essentialiter ordinate. Igitur ponẽdo infinitatem in causis accidentaliter ordinatis ponitur infinitas in eẽntialiter ordinatis. ❡Quarto arguitur. ꝙ rõ adducta prima: per quaz probatur status in causis petit pnᵐ: qꝛ assumit oẽs causas eẽ medias. Igit rõ ponit pmũ ꝛ vltimuz: qꝛ mediũ hꝫ habitudinez ad vtrũqꝫ: vnde ponere mediũ sine extremis est impossibile. ❡Itẽ rõ assumit ꝙ oẽs cause medie simul accepte habent cãm aliquã. Rñdens dicet ꝙ lꝫ quelibet causa in ordine causatoruz ꝛ depẽdẽtiũ sit causata ꝛ dependẽs ab aliqua causa scilicet hec cã ab aliqua prior: ꝛ alia ab alia successiue: nõ tñ sequit: ꝙ oẽs simul accepte sint causate ab aliqua vna: sꝫ est fallacia figure dictionis cõmutatur eni singulare in plurale. ❡Itẽ arguit cõtra aliã rõnez: quũ dicit ꝙ causa in infinitũ superior est in infinitum perfectior: dicet ꝙ nõ datur causa in infinitum superior: accipiendo infinitũ cathegoreumatice: sed sincathegoreumatice: ad hunc sensuz: ꝙ quacũqꝫ cã data: poterit dari superior: sꝫ tñ nunq̃ȝ deuenit ad aliquã que hẽat ĩfinitã distãtiã ad qualibet assignabilez.

Ad hec respondetur ꝛ primo ad pmum dicẽdo ꝙ ista consequẽtia est bona. Omnes cause sunt medie. ergo omnium causalitas est ab aliqua vna causa: presupposito ꝙ sint essentialiter ordinate. Naz si sicut iste cause sũt simul ꝛ vna agit in virtute alterius: ꝛ per q̃ñs quelibet ps istius multitudinis agit in virtute vnius: sic ꝙ omniũ causalitas istius multitudinis ẽ ab aliq̃ vna cã. Igit oium causalitas istarũ causarũ essentialr ordinataruz erit ab vna Patet q̃ñtia. qꝛ illđ qđ p se cõpetit cuilibet parti alicu⁹

totius: videt͛ per se competere toti. ¶ Et confirmatur: q͛
multe cause simul accepte in ꝓposito: habēt causalitatē
ab aliq̄ vna cā: q͛ oēs iste simul accepte sunt medie. Igi
tur quum in toto ordine causarū eēntialr̄ ordinataꝝ oēs
sint medie: sequit͛ ꝙ oium cālitas toti⁹ vniuersitatis erit
ab vna. Neq̄ vlteri⁹ ista ꝯñtia valet simplr̄. Oēs cāe sūt
medie: igit͛ oiū cālitas est ab vna: vt pꝫ in instātia addu-
cta de patrib⁹ generā ib⁹: q͛ iste cause sunt accidētaliter
ordinate: ⁊ vna nō agit in virtute alterius. Neq̄ etiam si
mul reqrunt͛: ⁊ ita nō valet ꝯñā in istis: sed bene in eēn-
tialiter ordinatis: valet etiā ꝯñtia ex alio medio: q͛ si cau
se sunt essentialiter ordinate: opꝫ ꝙ in istis sit aliqd essen
tialiter prius: q͛ prius ⁊ posterius sunt passiones ordis:
⁊ si est ordo essentialis: in tali est prius ⁊ posterius essen-
tialiter: sed nō est prius essentialiter nisi sit ꝑmū eēntiali
ter. q͛. 5. meta. ca. de priori. Prius est illud qd̾ est ꝑn° pro-
pinquius. igitur ⁊c̄. ¶ Sed contra. q͛ in tempore ⁊ motu
est prius ⁊ posterius. ex. 4° phy. quum tempus sit nu-
merus: motus ꝑm prius ⁊ posterius. igitur ⁊c̄. ¶ Rūdet͛
ꝙ ꝑus ⁊ posterius in tempore sunt ex assignatiōe nostra
assignando aliqd̾ vnum nunc pro ꝑn° respectu cuius ali
qua pars temporis dicit͛ prior: ⁊ alia posterior: ⁊ hoc de-
clarat phs 5° meta. ¶ Ad 2ᵐ qd̾ est contra Cōmen. dōm
est vno modo: ꝙ Aristo. ꝓbat statum in causis etiaꝫ acci-
dentaliter ordinatis ex testimonio alioꝝ: ⁊ maxime plato
nis: q͛ posuit mundum incepisse ex tempore: ⁊ ex ꝯsequēti
habuit ponere causas eiusdeꝫ speciei non ꝓcedere in in-
finitū ⁊ ita datur status in causis ꝑm rectitudinē tam ac-
cidētaliter ordinatis: q̄ȝ essentialiter ordinatis. Cōmenta
tor autē habens respectū ad opinionē platonis dixit: ꝙ
forte Aristo. intendit per causas ꝑm rectitudinem causas
eiusdem speciei: vt homo ab homine. Uel dicendū est: ꝙ
Cōmen. in ista expositione secūda loquitur dubitatiue ⁊
cum forte: ⁊ istam nō approbat: neq̄ acceptat: sed scđaꝫ
solum. ¶ Ad tertium respondet͛. ꝙ cause accidentaliter
ordinate sunt successiue vna post aliam in infinituꝫ: ⁊ sic
cōceditur processus infinitus in numeris ⁊ figuris: in po
tentia tantuꝫ ⁊ nō in actu. ¶ Et si dicas. ordo essentialis
stat ad aliqd̾ vnum primū ⁊ supremū omniuꝫ. ergo quū
spēs numeroꝝ sint essentialiter ordinate: dabitur aliqua
species numeri infinita ⁊ suprema: ⁊ ita numerus infini
tus. ¶ Rūdeo qcq̄d sit de numero infinito. Utrum sit da
bilis vel non: de quo aliqualiter tetigimus in. q. de pre-
scientia dei futuroꝝ contingentium: saltem pro nunc di
citur ꝙ in speciebus seu formis: que sunt de perfectione
vniuersi: datur status numeri nō sunt de perfectione vni
uersi: ⁊ in istis nō incōuenit esse processum in infinitum.
¶ Uel dicitur ꝙ numeri nō sunt forme ⁊ species: q͛ vna
sola est forma specifica omniuꝫ numeroꝝ. Nam trinari⁹
nō differt a binario in specie: sicut nec linea maior ⁊ mi-
nor: ⁊ hoc potest probari ex. 8. meta. tex. cō. 10. vbi Arist.
ponit numeri diffōnes assimilari diffinitionibus natura
ruꝫ ⁊ quiditatū. Uult enim vt exponit Cōmen. ꝙ diffini
tio superioris. s. animalis ex additione alicuius dr̄e fit
diffinitio inferioris. s. hoīs: quēadmodū ex additione vni
tatis nā vnius nūeri transfert͛ ad aliā nāꝫ: videas Cōmē.
ibi. Quemadmoduꝫ qñ ab aliquo numero. Ex qbus ver-
bis cōcludit: ꝙ vnitas in numero addita vel variata cō-
stituit numerū maiorē aut minorē. superiorē ⁊ inferioreꝫ.
Sed rō ⁊ diffinitio superioris ⁊ inferioris nō distingunt͛
ꝑm spēꝫ: vt diffinitio aīalis ⁊ hoīs. ¶ Item numeri nō cō
ponunt͛ nisi ex vnitatibus. ergo ptes vnius numeri que
sunt vnitates: nō differūt ptibus alterius: ⁊ sic oē qd̾ est
realiter in vno numero: est in alio realiter: siue h̾ sint vni
tates: siue aliqua alia forma: vt dr̄ia formalis: q͛ talis for
ma aut dr̄ia formalis nō pōt sumi nisi ab vnitate: ex quo
ꝯcludit: ꝙ numerus est spēs spālissima de genere q̄ntita
tis. ⁊ numeri distincti sunt indiuidua in eadē specie: mo
do inter indiuidua nō est ordo eēntialis. igit͛ ⁊c̄. ¶ Sed
ista rñsio nō pōt stare: qm̄ ex hac rñsione sequit͛: ꝙ arith-
metica nō esset scia: q͛ est de numeris. si igitur numerus
est species spālissima: sequit͛ ꝙ numeri indiuiduales erūt
de consideratione arithmetici: sed singularium ⁊ indiui
duoꝝ non est scia. igit͛ ⁊c̄. ¶ Itē. Arithmeticus aliā passio
nem ꝓbat de trinario: q̄ȝ nō ꝓbat de binario. ergo ꝑ alia
ꝑn̄ª que sūt per se: ⁊ si sic: sequit͛ ꝙ illa passio competit ꝑ
se trinario: tūc sic: quecunq̄ sunt indiuidua eiusdeꝫ spēi:
qcq̄d per se cōpetit vni cōpetit alteri: sed binarius ⁊ tri-
narius sunt eiusdem spēi: ergo qcq̄d arithmetic⁹ demon
strabit de trinario: poterit demonstrare de binario: ꝯñs ē
falsum. igit͛ illud ex quo sequitur. Unde oportebit dicere
ꝙ nihil poterit demonstrari de binario ⁊ trinario: nisi ꝑ
rōnem numeri: nō autē sub rōne qua trinari⁹ aut binari⁹:
qd̾ est falsuꝫ in arithmetica. Igitur dōm est aliter: ꝙ nu-
meri distinguuntur ꝑm spēm. ¶ Pro quo notandū ꝙ nu
merus minor nō est pars numeri maioris nisi potentiali-
ter acceptus: ⁊ q̄ntū ad vnitates mālēs: vnde si numer⁹ tri
nari⁹ ꝯstituit͛ ex binario: hoc ideo est. q͛ binarius ꝯtinet
geminaꝫ vnitatē: ex qua cum alia vnitate cōstituit͛ trina
rius. Sed q̄ntum ad formam specificā quaꝫ importat bi-
narius: vt est distincta spēs ab ipso: ⁊ q̄ntū ad vnitatē for
malē insequētē formā specificā ꝑm quā binarius est per se
vnus vnitate specifica: binarius nō ꝯstituit trinariū: ⁊ sic
pōt saluari Euclides in 5° Geometrie. ⁊ Aristo. 5° meta.
ca. de colobon. vbi habet: ꝙ numerus minor est pars nu
meri maioris: ⁊ sic intellexit Cōmentator: ꝙ per additio-
neꝫ vnitatis: numer⁹ trāsfert͛ ad aliā nām. h̾ est verū q̄ntū
ad eē mālē in numero: nō q̄ntū ad esse formale. ¶ Ad istā
tiam. ergo que adducitur ꝙ datur infinitas in potētiā in
essentialr̄ ordinatis. s. in numeris. Respondet͛: ꝙ Ar. ne
gat processuꝫ īfinitū in eēntialiter ordinatis: vbi est ordo
cū depēdētia eēntiali posterioris ad ꝑus. Nō sic est in nu
meris: q̄ntuꝫ ad suū esse formale: vt dictū est. ¶ Ad quartā
rationē ꝑncipaleꝫ rñdet͛: ꝙ ratio nō petit ꝑnᵐ: q͛ assumit
mediū ꝑuatiue nō positiue. Priuatiue: hoc est per abne
gationem primi ⁊ vltimi: nō ꝙ cause sint medie ꝑ habitu
dinem ⁊ respectū positiuum ad primū ⁊ vltimum. ¶ Ad
quintā instātiaꝫ rñdetur: ꝙ ista ꝯñtia nō valet de forma.
Quelibet cā media est causata. igitur omnes simul sunt
causate: neq̄ valet ista ꝯsequētia. Uniuersitas causarum
mediarum nō est causata. Igitur aliqua nō est causata: ſꝫ
tenet gratia materie: q͛ si vniuersitas causarum nō sit ab
aliqua vna cā: nō esset aliqua causa ꝑma oium: neq̄ esset
inter illa aliqua prior essentialiter alia: q͛ dictum est: pri⁹
essentialiter est illud: qd̾ est ꝑn° propinquius. ergo si nullū
primum: nihil est essentialiter prius. Ex quo concluditur
ꝙ si oēs cause sunt medie: ⁊ sit ordo essentialis inter illas:
oium causalitas est ab aliqua vna in accidentaliter ordi
natis: nō valet ꝯñtia: quare ⁊c̄. ¶ Ad vltimā instantiam
respondetur ideo dari cām in infinitum superiorē in eēn
tialr̄ ordinatis: quia tales cause sunt simul in actu: ⁊ vna
est perfectior reliqua. Unde sicut in numeris si daretur
multitudo infinita in actu daretur numerus actu infini
tus cōtinens in se infinitas vnitates. s. numerus qui cō-
prehenderet in se totam īfinitā multitudinē: ita si daren-
tur cause īfinite simul in actu: quarū vna cōtineret perfe
ctionē alterius: oēs perfectiones que essent in istis īfini-
tis causis vnitiue cōtinerentur in aliq̄ vna: ita ꝙ alicui⁹
cause assignate ad aliquā cām superioreꝫ eēt distantia nō
solū īfinita: hoc est īdeterminata: sed infinita per cōtinen-
tiam vnitiuam īfinitarū perfectionū. Nō eniꝫ repugnat
istas īfinitas perfectiōes vnitiue ꝯtineri posse ī aliq̄ vna
propter ordineꝫ essentialē causarū: ꝑm quē vna continet
ꝑfectionē alteri⁹. Ex quo videt͛ ꝙ aliq̄ cā inferiore data.
possit dari distātia īfinita actualis ad aliquā cām ī īfini-
tum superiorē. Si eñi quacūq̄ distātia finita data actua
li alicui⁹ cause ad aliā dat͛ maior actualis. ergo datur distā
tia maior ī īfinitū q̄cūq̄ finita assignabili: ſꝫ distātia ma
ior q̄cūq̄ finita assignabili ē īfinita. ergo ⁊c̄. ¶ Secunda pro
positio doctoris subtilis ē. In eēntialiter ordinatis nō est
possibilis

possibilis ĩfinitas: nisi ponaƭ status in eẽntialr ordinatis. ℂ Probaƭ: nulla successio aliquoꝝ eiusdeꝫ rõnis põt perpetuari nisi ab aliquo cã perpetuante in infinituꝫ durante: a qua tota successio: ⁊ quodlibet eiꝰ dependet: sed successio accidentalr ordinatoꝝ est aliquoꝝ eiusdẽ rõnis: sicut successio hoĩs ab hoĩe: ⁊ equi ab equo. ergo habet aliquã cãꝫ in infinitũ durãtẽ: a qua tota successio: ⁊ quodlibet ipsiꝰ dependet: talis cã nõ est aliqd istiꝰ successionis: qꝛ oĩa in ista successione qñqꝫ sunt: ⁊ nõ sunt: ⁊ vnũ desinit esse post aliud. Ergo ista cã erit alterius rõnis ⁊ ordinis ab istis: ⁊ per ꝯñs erit aliqd a quo tota ista successio eẽntialr dependet: sed in isto ordine est status: vt pbatuꝫ est ergo ⁊c̃. Totꝰ iste pcessus est clarus: ⁊ maior pncipalis est nota: qꝛ sicut aliqd nõ põt esse nisi a sua cã: ita nõ põt perpetuari nisi ab aliq̃ cã perpetuãte. Unde Ar. ppetuitatẽ successionis in generãdo ⁊ corrũpẽdo reducit ad aliqd perpetuũ dicens. 2. de generatiõe. tex. cõ. 55. Propter motũ solis in obliquo circulo fiunt generationes ⁊ corruptiões in istis iferiorib̃ꝰ. ℂ Tertia propositio docto. subtilis est. ꝙ negato ordine eẽntiali. adhuc daƭ staƭꝰ in accñtaliter ordinatis. ℂ Probaƭ: qꝛ aliq̃ nã est effecta ⁊ causata: vt de se patet. ḡ vel a se: vel a nullo: vel ab aliquo alio. nõ a nullo: qꝛ qd̃ nihil est: nullius est cã: neqꝫ a se: qꝛ nulla res est que seipsam gignat vt fit. ex p̃ de trini. ca. p̃: ⁊ 2° de aĩa. tex. cõ. 47. si ab alio: habeƭ ppositũ: qꝛ ista cã est simplr p̃ma ⁊ in cãta negãdo ordinẽ essentialẽ. ℂ Sed dices forte: ꝙ ista cã nõ est p̃mã: neqꝫ i causata. ℂ Cõtra: qꝛ ista cã aut causata seꝰ ⁊ indepẽdenter aut causat ab alio depẽdenter: ⁊ in virtute alicuius. si p̃ modo habetur intentũ: ꝙ est prima. si secundo modo: statim ponitur ordo essentialis: ⁊ sic ponis ordinem essentialem negando ordineꝫ essentialem. Et sic patet ad questionem.

Ad argumẽta in p̃nꝰ ridet: ꝙ posita gñatione perpetua: cause infinite accidẽtaliter ordinate: in quocũqꝫ gñe cause p̃cesserũt vna post aliã. sꝫ dubiuꝫ est de cã mãli: que manet eadem in generato ⁊ corrupto. Dõm est: ꝙ mã quedaꝫ est propinqua q̃daꝫ remota: mã p̃mõ ẽ mã disposita q̃ntitatiue: ⁊ qlitatiue pro forma s̃bali introducẽda: ⁊ si ista mã hꝫ dispositiones alterius ⁊ alterius rõnis: ⁊ vna est subm̃ forme in virtute alteriꝰ. Iste mãe sunt eẽntialr ordinate: queadmoduꝫ est mã p̃ꝰ respectu forme elemẽti ⁊ elemẽtuꝫ respectu mixti: ⁊ mixtũ respectu alterius. Nã elemẽtuꝫ nõ est subꝫ forme mixtionis: nisi rõne mãe p̃me: ⁊ in istis nõ est processus in infĩᵐ: vt ostendit Ar. in l̃ra. tex. cõ. 5. meta. si võ mã sic disposita nõ habet ordinem ad aliã in rõne subti: vt est mã ligni ⁊ lapidis: iste accñtalr ordinanƭ: ⁊ iste possunt esse infinite. si loq̃mur de mã prima ⁊ nuda: ista põt esse vna numero oĩuꝫ formarum ad se inuicẽ succedentiũ alia tñ est in generãte ⁊ alia ingenito: ⁊ hoc declarauimꝰ in q̃daꝫ. q. ordinaria de hac mã. Ex quo ꝯcediƭ: ꝙ infinite mãe accidẽtaliter ordinate successiue sunt possibiles. ℂ Ad vltimũ ridet: ꝙ duplex est distantia. q̃dã dimẽsionalis: q̃da p̄fectiõalis. Prima est s̃m quã aliqua distant penes q̃ntitatẽ interiacentẽ: vt de se pꝫ. Scd̃a est per excessuꝫ p̄fectiõis vnius sup aliud: vt ista distantia nihil aliud sit: nisi excessus p̄fectiõis vnius extremi sup aliud extremuꝫ. Prima distãtia est q̃ta s̃m q̃ntitatem mediĳ interiacentis: ⁊ ista distãtia nũq̃ꝫ est inter imediata: sꝫ mediata. Scd̃a distãtia est q̃ta sꝫ q̃ntitatẽ p̄fectiõis p̄fectionis extremi: vt tãta sit q̃ta est p̄fectio eius: ⁊ ista põt esse inter illa que sunt imediata: queadmoduꝫ ponit Ar. 10. meta. ⁊ in p̃dicamẽtis. Contraria sunt que maxime distant sub eodeꝫ gñe: ⁊ tñ aliqua contraria sunt imediata p p̃uationeꝫ mediĳ iteriacẽtis. Applicãdo ad ppositũ. Deꝰ distat in ĩfinitũ a creatura distãtia p̄fectionali nõ solum ab illa que hꝫ aliqd̃ mediũ s̃m p̄fectioneꝫ ad ipm̃: verũ ẽt a creatura suprema possibili. ℂ Sed ꝯ̃ hoc arguiƭ: qꝛ si deus distat i ĩfinitũ a q̃cũqꝫ creatura. ḡ vĩ ꝙ possit pducere creaturã nobiliorẽ quacũqꝫ data in infinituꝫ. Quia potentia infinita queadmoduꝫ est potẽtia diuina nõ adequaƭ per quodcũqꝫ finitũ. ℂ Ad hoc ridet: ꝙ licet deus forte possit pducere nãm p̄fectiorẽ in infinitũ quacũqꝫ data q̃tũ est ex se: tamẽ ex pte nãe factibilis i istis naturis daƭ status: non quidẽ ex pte dei: sed ex parte nature: sic̃ forte nõ repugnat deũ posse facere albedinẽ ⁊ nigredinẽ sil̃ q̃uis ex parte ipsarũ formarũ repugnãnũ ⁊ icõpossibiliuꝫ hoc nõ sit possibile. Tenẽdo: ꝙ ipossibilitas rei fiende sit ex pte rei factibilis: non ex pte dei faciẽtis: qd̃ hꝫ videri in p̃ sen. di. 43. Et sic patet determinatio. q. ⁊ finis.

ℂ Nõ enim fit ex generatione qd̃ fit sed est post gñationẽ. Tex. cõ. vĳ. Qõ. v.



Mouctur questio. Utrum gñatio substãtialis distinguatur a termino. ℂ Et arguiƭ negatiue tribꝰ argumentis: quoꝝ p̃ᵐ est: p̃supponẽdo ꝙ illa que distinguunƭ realiter: habent aliquẽ ordinem. Isto stante arguiƭ sic. si est distinctio iter generationem substantialẽ ⁊ terminũ eius. erit aliquis ordo inter generationẽ ⁊ formã genitã. Aut enim erit ordo temporis: aut ordo vniuersalis ad particulare: aut ordo nature. Non est dicendũ ꝙ sit ordo temporis: propterea qꝛ generatio est mutatio instantanea. Neqꝫ est ordo vlis ad particulare: de quo loquitur Ar. in p̃dicamentis: ⁊ in 5° meta. ꝙ est inter illa a quoꝝ vno non cõuertitur ꝯñtia cum hoc verbo. Sum es est. sed nõ potest esse talis ordo inter gñationeꝫ ⁊ formã. Tum quia generatio nõ est vniuersalior forma: neqꝫ e conuerso. Tum qꝛ non saluaƭ regula nõ conuertendi ꝯsequentiã inter gñationem ⁊ formã. ergo nec talis ordo potest esse inter ista. Nec ẽt potest eẽ ordo nature: quoniaꝫ talis ordo est duobus modis inter aliqua: aut eniꝫ qꝛ vnũ est prius origine reliquo: aut quia vnuꝫ est cã ⁊ p̃nᵐ alterius. Non est dicendũ ꝙ generatio sit prior origine forma. quia tunc esset gñatio sine forma. Nec secundo modo: pp̃terea qꝛ generatio non est causa forme: ⁊ preterea quod est prius natura primo ⁊ scd̃o mõ est prius s̃m esse. ergo si sic esset prior generatio forma staret generationem esse sine forma. Neqꝫ potest dici ꝙ generatio habeat ordinem dignitatis ad formaꝫ: ꝙ vꝫ. ipsa sit dignior forma: qꝛ generatio est respectus: ⁊ forma est ens absolutum. ergo nullomodo generatio põt dici esse prior forma. ℂ Et per easdeꝫ rationes probatur: ꝙ forma non sit prior generatiõe. Non prioritate temporis: vt patet. Nec prioritate que est eius a quo nõ conuertitur subsistendi ꝯsequentia. Non prioritate nature s̃m origineꝫ: ꝙ. vꝫ. ipsa prius originet: q̃ꝫ generatio: vt patet. Nec etiã vt forma dicatur esse prior generatione ꝙ sit p̃ncipiuꝫ ⁊ causa eiꝰ: qꝛ generatio fundareƭ in forma tanq̃ꝫ in subiecto: ⁊ subiectum habet prius esse q̃ꝫ accidens quod fundatur in ipso: ergo prius forma haberet esse q̃ꝫ generaretur: quod est falsum. Neqꝫ potest dicere ꝙ forma sit prior s̃m dignitatẽ ⁊ p̄fectioneꝫ. qꝛ si sic eẽt prior: aut generatio fundaretur in forma tanq̃ꝫ in subiecto: aut fundaretur in materia prima. Non est dandum scd̃m: qꝛ nullum accidens fundatur in materia: nisi mediante forma substantiali: vt colligitur de mente Ar. p̃mo physico. Materia ⁊ forma substantialis sunt causa omnium accidentiũ. Si detur primum redit argumentum quod prius: ꝙ forma cũ sit subm̃ ipsius gñationis: prius habebit esse q̃ꝫ gñatio: ḡ poterit esse ⁊ intelligi esse forma sine gñatione. ꝯñs est falsum: qꝛ tunc forma nõ acciperet esse per generationem. Si võ tu dicas: ꝙ generatio ⁊ forma sunt sil̃: Quero qua simultate sunt sil̃. nã vt hꝫ Ar. in post predicamẽtis. ⁊ 5° meta. aliq̃ sunt sil̃ simultate tẽporis: aliqua simultate nãe: ⁊ hoc duobꝰ modis: aut loquẽdo d̃ simultate nature reqsita ad nãm correlatiuoꝝ: aut de simultate nãe: que est eoꝝ que conueniũt in aliquo vno genere: eo mõ quo asinus ⁊ hõ dicunƭ esse simul in nã aĩalis. Si tu des p̃mum: ꝯtra illa que sunt simul simultate tpis habent aliquẽ ordineꝫ nãe inter se: sꝫ forma ⁊ gñatio nõ hñt

ordinē nāe. ḡ non pñt dici sil simultate tpis. ¶ Si dicas q̄ sint sil simultate nāe. Cōtra. forma & gñatio nō sūt correlatiua: quoniā vnū est de gñe substātie: & alterum de genere passionis: aut alterius predicamenti: neq̄ etiā sunt simul natura: q̄ conueniant in aliquo genere: vt de se patet. ergo nullo mō sunt simul. Ex hoc arguitur sic. Illa q̄ nullo modo sunt simul: & nō habēt aliquē ordinē inter se: vident̄ esse idē realr: sed generatio & forma sunt huiusmodi. ergo gñatio & forma sūt idē realr. ¶ Scdo pncipaliter arguit̄ psupponendo duo. p̄ q̄ gñatio instātanea de necessitate psupponit aliquē motū factū in tpe. Hoc vr̄ esse de mēte Cōmē. 4° phy. cō. t29. vbi vult q̄ si illuminatio fiat respectu aeris: que illuminatio est actio instantanea. hoc hz fieri per motū localem corporis luminosi ad aerē illuminabilē: ita q̄ si nō esset talis motus: nō posset assignari rō ppter quā iste aer magis illuminat̄ in hoc instanti q̄ prius. ¶ Scdo psupponitur: q̄ mutatio instantanea si hz terminū a quo: qui est puatio forme: nō hz rōne sui: sed rōne mot' pcedentis: qd̄ declarat̄. Nā si detur oppositū: qd̄. vz. mutatio instātanea habeat terminū a quo rōne sui: sequeretur q̄ duo 2dictoria eēnt sil in eodē instāti. vel mutatio instātanea esset diuisibilis: & ex 2nti in tpe. 2ntia pbatur: q̄ mutatio instātanea est in instāti. ergo hz suos per se terminos in instāti: sz terminus a quo & terminus ad quē sunt per se termini istius mutationis. ergo isti termini sunt in instāti: sed isti termini sunt 2tradictorij: q2 puatio & forma sunt 2dictoria circa subiectū aptū natū. ergo duo 2tradictoria eēnt simul in eodē instanti. Si aūt dicas q̄ isti termini. puta puatio & forma sint in alio & in alio instāti: & inter quecūq̄ duo instantia cadit tempus medium. ergo mutatio media inter terminos esse in tali tpe intermedio. & ita mutatio instantanea esset in tpe. & per 2sequēs diuisibilis. Ex istis arguitur sic. omnis mutatio distincta realiter a termino: accipitur vt via realis in terminū realem: sed gñatio forme substātialis non pōt accipi vt via realis in terminū realē. ergo nō distinguitur realiter a termino. maior videtur nota. Qm̄ mutatio aut accipit̄ vt via in terminū: aut accipit̄ vt terminus. Si accipiat̄ vt terminus nō distinguitur a termino: si vt via in terminū (cū via distinguat̄ a termino vie) vt sic accipitur vt distincta a termino. minor autem probatur: q2 mutatio vt via habet per se terminum a quo: & terminū ad quē: q2 non possumus imaginari viā eē sine terminis. sed gñatio non habet de se istos terminos. ergo non potest accipi vt via. ergo accipietur vt terminus: ex quo sequit̄: q̄ nō distinguet̄ a termino. ¶ Ultimo p ista pte arguit̄ presupponēdo ex fundamētis Sco. q̄ illa sunt idē realiter: quoz vnū non pōt separi a reliquo. Habita ista maiore assumo istā minorē: sed forma subalis & terminus generationis nō pñt separi a gñatiōe. ergo generatio substantialis & termin' eius sunt idē realiter: minor pbatur. Certum est sm Sco. q̄ suba genita in eodem instanti 2seruat̄ a corpib' celestib' a deo: & intelligētijs: sz ista cōseruatio est gñatio: qd̄ pbat̄: q2 certū est q̄ corpa celestia aliqd influūt in sbam genitā: aut corpa celestia influūt p se per assistentiā: aut p h̄ q̄ dant aliquā entitatē: & aliqd eē sube genite. Nō ē dicēdū pm̄: qm̄ assistētia illa corpoz celestiū ē relatio. p ipsā aūt relationē corpa celestia nō influunt i hec iferiora: aut 2seruāt ipa. ḡ influūt dādo aliquā entitatē: sz vbi aliqd vnū recipit aliq̄ entitatē ab alio. ibi ē actio & passio: actio aūt & passio fundant̄ in motu. ex 3° phy. aut mutatiōe. ḡ ibi erit aliq̄ mutatio: aut illa erit mutatio sbalis: aut accñtalis: nō accñtalis: q2 erit aut loci mutatio: aut augmētatio: aut diminutio: aut alteratio. Nullū istoz est: vt pz discurrendo per singula: qm̄ suba genita 2seruat̄ in istāti sequēti pductionē ipsius. ḡ ista mutatio erit subalis: sz ois talis mutatio ē gñatio vel corruptio. ḡ suba genita qñ 2seruat̄ semp gñat̄. ¶ Et 2firmat̄: q̄ ista mutatio nō fit alteratio. q2 aut eēt ad accñs 2ueniēs: aut ad accñs discōueniēs subto & sube genite. ¶ Nō est dōz q̄ fit ad accñs discōueniēs: q2 tūc per tale accñs nō 2seruaret̄: sz magis corrūperet̄ suba: si fit ad accñs conueniēs (cū tale accñs depēdeat i eē & i 2seruari a suo subto) oporteret prius subiectū & sbam 2seruari in se: q̄z cōseruaretur per accidēs. & tunc ista 2seruatio precedens erit terminata ad sbam rei: & non ad accidens. ergo erit generatio.

Ad oppositū tñ arguit̄ ex aucte Ar. in 2° phi'. vbi habet̄ q̄ illud qd̄ fit est post gñationem: qd̄ nō tantum est verum de cōposito: sz etiā de forma. Et etiam ratione sic. Illa que sunt in distinctis pdicamentis: distinguunt̄ realiter: sed gñatio substantialis & termin' siue formalis: siue totalis sunt in distinctis pdicamētis. ergo &c. maior probat̄: q2 pdicamēta sunt pmo diuersa. ex. 5. meta. & sūt simpliciter diuersa entia: ex 10. mēta. ergo nihil vnius est idē ens alicui alteri'. minor aūt pbat̄. Nā gñatio vel est de pdicamēto passionis: loquēdo de gñatione formalr sumpta: vel de pdicamento relonis. Forma aūt sbalis est de pdicamēto sube. ergo &c.

In ista. q. pmo pmittent̄ distīnctiōes. 2° loco determinabit qō. 3° & vlt' soluēt̄ argumēta i pn'.

Quantū ad pm̄. Prima distīctio est ista. Gñatio sbalis pōt accipi duob' modis. vno mō sub rōne mutatiōis. alio mō sub rōne pductiōis. Uel sub alijs v̄bis: vt est actio transmutatiua: vel vt est actio pductiua. si pmo mō sic est actus māe pme. si 2° mō sic ē act' forme: vt termini formalis: vel cōpositi vt termini totalis. pma rō in gñatione respicit sbm mutatum. 2° respicit terminū pductū. ¶ Secūda distīnctio est ista. q̄ cū generatio ipotet respectū. duplex est respectus iportatus in gñatione. Primus est extrinsecus adueniēs. Secundus est intrinsecus adueniēs: gñatio vt mutatio est respectus extrinsecus adueniēs. sed gñatio vt pductio est respectus intrinsecus adueniēs. Qz aūt gñatio vt mutatio sit sic respectus extrinsecus adueniēs declarat̄: q2 ille respect' est extrinsecus aduenienes: qui nō necessario oritur ex nā fundamēti posito termino: sz posita mā pma & posito gñante: hoc est illo qd̄ gñat nō de necessitate ponit̄ mutatio i mā pma. ḡ mutatio est respectus extrinsecus aduenienes: sz posito pducto inq̄tū pductū est de necessitate ponit̄ pducens: & ex vtroq̄ posito necessario insurgit pductio: q2 nō est imaginabile esse aliquid qd̄ pducatur: & q̄ sit pducēs sine productiōe in eo qd̄ producit̄. igit̄ gñatio vt productio est respectus intrinsec' adueniēs: qd̄ nō est de ipsa mutatione: q2 ad hoc q̄ mutabile mutet̄ ab aliquo trāsmutante vltra mām transmutationis requirit̄ debita applicatio. approximatio: & dispositio in transmutabili. ergo mutatio ipsa nō de necessitate orit̄ ex ipsis extremis positis in esse solū: sed multa alia requirūt: que non requiruntur ad rōnē pductionis: q2 statim q̄ ponit̄ productū & producens: imediate sequitur productio in producto.

His premissis. Quantū ad secūdū pncipale ponūtur q̄tuor 2clusiones. ¶ Prima est ista. Generatio sub rōne mutationis est respectus de pdicamento passionis. Probatur. Illud quo passum formaliter refert̄ ad agens est de pdicamēto passionis: q2 passū non refertur ad agens nisi mediante passione: sed subz mutabile inq̄tū mutabile est: refertur ad agens. ergo mutatio ipsa est de predicamēto passionis. minor patet: q2 q̄cquid trāsmutatur: trāsmutatur ab agēte & transmutatur inq̄tum agens agit in ipsum producēdo aliq̄ formā in ipso transmutabili. vnde sicut actio est respectus agentis ad passum: ita transmutatio est respectus passi ad agēs. ¶ Cōfirmatur hoc. Quia ois respect' extrinsec' aduenienes aut est de pdicamēto passionis: aut in aliquo alioz generū: de qbus ptractat auctor. 6. pncipioz: sed nō vtq̄ possit reduci ad aliqd genus q̄z ad predicamētū passionis: vt pz discurrēdo p singula. ergo &c. ¶ Scda 2clusio est ista. Gñatio vt pductio est de pdicamēto relationis. Ista 2clusio pz. Ois respectus itrinsec' adueniēs: qui de necessitate & eēntialr oritur ex ipsis extremis

trinsecus positis in eē ptinet ad pdica^m relonis: qꝛ ibi ponū
tur illa que ſm ſe ⁊ eēntialr ſunt ad aliqd: ſꝫ ita ē: ꝙ pdu
ctū eſt hōi: vt dictū eſt. ergo eſt de pdicamēto relonis. ¶ Ter
tia ꝯcluſio eſt iſta. respect⁹ mãe vt pfectibilis: ad formaꝫ
ꝑfectiuā ipſius mãe: ⁊ respect⁹ mãe ad formā pus pfi
cieꝫ ipſaꝫ vel ad puationē forme: ſm quā pficiẽ iſti duo
respect⁹ ſunt de eēntia mutationis. Et qꝛ iſti duo. ſ. ꝙ mã
pficiaẽ p formā: ⁊ ordo ipſius ad puationē pcedentē for
maꝫ depēdent ab agente: qꝛ forma nō pficit mãm niſi ab
agente: coexigitur vel regrĩẽ respect⁹ mãe ad agēs ad rōneꝫ
mutatiōis: ita ꝙ mutatio eſt respect⁹ mãe vt pfectibilis
ad formā pficientē vna cū respectu ad puationē pceden
teꝫ formā: ⁊ vltimo cū ordine ipſius mãe que pficiẽ a for
ma ad ipm agens. ¶ Iſta ꝯcluſio ſic intellecta probaẽ ex
ſnia Ar. 6° phy. Mutari (inqt ipſe) eſt aliter ſe hēe nūc ꝙ̃
pus idē manēs. Per h̓ ꝙ dicit idē manēs exprimiẽ ſbm
in ipſa mutatiōe. p h̓ ꝙ dr̃ aliter ꝙ̃ pus: exprimiẽ forma ſm
quā ſbꝫ e aliter hꝫ nūc ꝙ̃ pus. p h̓ ꝙ dr̃ nūc aliter ꝙ̃ pus:
exprimit respect⁹ mãe ad puationeꝫ oppoſitaꝫ forme. ⁊ qꝛ
forma vt dictū eſt: nō eſt pfectio ſm quā ſbm aliter ſe hꝫ
nūc ꝙ̃ pri⁹: niſi ỽtute agētis. ideo coexigitur vl̓ cōcomitan
tur ponĩẽ respect⁹ mãe ad ipꝫ agēs. ¶ 4ᵃ ⁊ vltia ꝯ eſt iſta.
Gñatio diſtinguiẽ realr a termino. Iſta ꝯ pbaẽ multipli
citer: ⁊ p̓ ſic: illō quo manēte: alterū nō manet: ⁊ quo cor
rupto: alteꝝ nō corrūpiẽ diſtinguiẽ realr ab illo altero: ſꝫ
ita eſt ꝙ termin⁹ gñationis formalis: q eſt forma manet nō
manente gñatione. ergo relinquiẽ ꝙ gñatio diſtinguiẽ a for
ma realr. maior pꝫ. ex p̓ pn°. qꝛ ipoſſibile eſt ideꝫ realr ſil
eſſe ⁊ nō eſſe. Probationeꝫ iſtius ꝑpōnis videas in doc.
ſubti. in 2° ſen. di. 1. q. 5. circa pn^m. minor aūt pbaẽ. hꝫ Ar.
⁊ cō. 6. phy. tex. ⁊ cō. 44. Q ipoſſibile ſit ideꝫ ſil eſſe ſub
trāſmutari: ⁊ vltimo trāſmutato eſſe: ſed ita eſt: ꝙ gñatio
nō eſt niſi ipm trāſmutari. ergo qñ forma hꝫ genitū eē ſeu cō
poſitū per formā nō eſt amplꝰ gñatio. ¶ Hoc idē ꝯfirma
tur per Ar. in pmo de gñatione. tex. cō. 55. habitibus exi
ſtentibus in mã ceſſat motus. ¶ Probaẽ ēt rōne ſic. Il
lud dr̃ gñari in aliquo inſtāti in quo pmo capit eſſe: ſic ꝙ
eius eſſe imediate ſuccedit nō eſſe: ſꝫ forma pmo capit eē
in pmo inſtāti quo res generaẽ ⁊ fit: ⁊ nō in aliquo inſtā
ti ſequēti: neqꝫ ſuū eſſe imediate ſuccedit nō eſſe. ergo tm̄mō
in pmo inſtāti ſui eē gñatur: ⁊ nō in aliquo alio. ¶ Et cō
firmaẽ. Quia res pmanēs i hoc diſtinguiẽ a re ſucceſſiua
qm̄ totū eſſe ſil accipit in p̓ inſtāti: ꝙ idē eē manet in quo
cunqꝫ inſtāti ſequēti: qꝛ deẽ oppoſitū ꝙ nō maneat idem
ergo ſuū eſſe eſſet ſucceſſiuū ⁊ fluxibile. ergo nō diſtingueret
res pmanēs a ſucceſſiua: ſed ita eſt ꝙ res pmanēs totum
ſuū eſſe capit in pmo inſtāti. ergo tm̄mō in pmo inſtāti gñā
tur. ¶ Et cōfirmaẽ h̓ 2°: qꝛ ſicut motus ad terminū mo
tus: ſic gñatio ad terminū fbalē. Sꝫ mot⁹ diſtinguiẽ rea
liter a termino. qꝛ habito termino motus: ceſſat mot⁹. ergo
ēt ſic ſe hēbit gñatio ad terminū: ꝙ habito termino ceſſa
bit. ¶ Et ꝯfirmaẽ vltio. Quia ſicut corruptio ad terminuꝫ
corruptionis: ita in ꝑpoſito. Sed corruptio ē in eo inſtāti
quo res corrūpiẽ ⁊ termin⁹ formalis. ſ. forma corrūpen
da tūc nō eſt. igiẽ ⁊c. ¶ Itē hec eadē ꝯcluſio pꝫ de mente
Cōmē. 4. meta. cōmēto. 2. vbi vult: ꝙ gñatio ⁊ corruptio
ſunt via in ſbam: aut in negatiōes ſubē. Via autē diſtin
guiẽ realr a termino vie: qꝛ vt vult ipe Cōmē. ibi. ens aliō
vt via: aliud vt terminus vie. ¶ Ex quo ſequiẽ. Q ſicut
mot⁹ diſtinguiẽ a termino vt via: ita gñatio ſic diſtigueẽ
a termino fbali. ¶ Itē arguiẽ ſic. Nihil eſt idem realr ali
cui qō ē cā effectiua: vl̓ rō pductiua eiuſdē. Sꝫ gñatio eſt
hōi. ergo ⁊c. maior ē manifeſta: qꝛ nihil gñat ſeipm: aut eſt rō
gñandi ſuipſius: vt hꝫ Ar. 2. de aia. tex. cō. 47. nihil gñat
ſe ſꝫ ſeipm ꝯſeruet. ¶ Probaẽ ēt rōne. Quia tūc ideꝫ eſſet
pus ⁊ poſteri⁹ ſeipſo: vt deducit beat⁹ Aug⁹. p̓ de tri. ca.
p̓. Sꝫ gñatio ē rō pductiua vel gñatiua respectu termini
fbalis: qō pbaẽ. qꝛ ad idē gen⁹ cāe ptinet ars ⁊ artifex. 5.
meta. tex. cō. 3. Sꝫ ita eſt ꝙ gñatio ē pn^m formale gñandi
ſaltē vt via. ergo diſtinguiẽ realr a termino. ¶ Iteꝫ arguitur

ſic. Generatio actiua nō eſt eadeꝫ realr termino fbali pro
ducto. ergo neqꝫ generatio paſſiua. pꝫ ꝯña ſm Tho. Actio
⁊ paſſio ſūt idē realr. ergo ſi vnū idētificaẽ alteri: ⁊ reliquū.
Probatur modo añs. Gñatio actiua aut depēdet eēntia
liter ab agente vli ſolū: aut ab agente pticulari ſoluꝫ: aut
ab vtroqꝫ ſil. Nō eſt dandū pn^m aut 2^m. Qm̄ in gñatiōe eſt
ordo eēntialis inter agēs vle ⁊ pticulare. ergo vnuꝫ nō gñat
ſine reliquo. ergo nō gñante agente pticulari: non gñati
agēs vle: ſꝫ hito termino fbali gñationis agēs pticulare
nō gñat: qꝛ nihil īfluit in ipſuꝫ genitū: neqꝫ ab ipo genitū
eēntialr dependet. Qō patet: qꝛ nō exñte agēte pticulari
termin⁹ fbalis manet in eē. ergo relinquit. ꝙ agēs pticulare
nō gñat in quocūqꝫ inſtanti quo genitū eſt: ſed deſinēte
gñatione actiua: deſinit eē generatio paſſiua. Tuꝫ qꝛ iſta
ſunt ſil nā: cū ſint reſpectus ſeinuicē ꝯñtes. Tū ēt qꝛ p ſe
ſunt idē realr quoꝝ corrupto vno corrūpiẽ ⁊ reliquū: re
linquiẽ ꝙ nulla gñatio erit manēte termino fbali. ergo gña
tio nō eſt eadē genito: ſeu termino fbali gñationis. ¶ Et
ꝯfirmaẽ. Illa nō ſūt idē realr: quoꝝ vno multiplicato rea
liter: reliquū nō multiplicaẽ: ſed gñatio multiplicaẽ (ma
xime gñatio actiua) nō multiplicato tmino fbali. Qō de
claraẽ. hꝫ n. Cōmē. 5. phy. cō. 38. ꝙ ſi for^a ē alia: ⁊ actio erit
alia: ſꝫ ita ē ꝙ forma generātis vlis ⁊ for^a gñantis pticularis
(que ſunt pn^a generatiua) ſunt realr ⁊ eēntialiter diſticte.
ergo erunt diſtincte actiones. ¶ Iteꝫ arguiẽ ſic. Nullus
reſpect⁹ extriſecus adueniens eſt idē realiter fundamēto:
ſed ita eſt ꝙ generatio ſub rōne mutationis eſt hōi: vt pa
tet in pmo arti. ſupius ergo ⁊c. maior pbaẽ. Ille reſpect⁹
eſt nō idem realr fundamēto ⁊ termino: per quoꝝ poſitio
nem realem nō poniẽ realr: ſꝫ ita eſt ꝙ talis reſpectus ex
trinſecus adueniēs eſt hōi: qm̄ nō de neceſſitate oritur: po
ſito fundamēto realr: ⁊ termino ipſius regrit enim realeꝫ
poſitionē alicuius diſtincti eſſentialiter a fundamento ⁊
tmino. Nā actio ⁊ paſſio nō ponūẽ realr i eē: poſito acti
uo ⁊ paſſiuo: niſi ponaẽ realr approximatio paſſi ad agēs
que approximatio diſtiguiẽ eēntialr ab vtroqꝫ extremo
ruꝫ. ſ. actiuo ⁊ paſſiuo. ergo per realeꝫ pōnē extremoꝝ. ſ.
materie ⁊ agētis nō poneẽ gñatio in eē de neceſſitate. er
go diſtingueẽ generatio vt mutatio eſſentialr a termino.
¶ Et ꝯfirmatur: qō fundaẽ ſubiectiue in materia pma ante
formā ſubaleꝫ: diſtinguiẽ eēntialr a termīo ſubſtātiali: ſꝫ
generatio eſt actus materie pme ⁊ fundaẽ in ipa anteqꝫ
forma inſit ipſi mãe: qꝛ mã pus eſt ſub trāſmutari ꝙ̃ ſub
trāſmutato eē. ergo ſequiẽ propoſitū. ¶ Itē ille reſpectus
nō eſt idē eēntialr fundamēto q eſt ad terminū poſſibilem nō
eſſe: iſta ꝑpoſitio pꝫ: qꝛ cū reſpect⁹ magis dependeat eēn
tiali⁹ a termino ꝙ̃ a fundamēto: (cū diffiniatur p ipſuꝫ
⁊ nō p fundamētū) remoto termino deſinit eſſe reſpect⁹:
⁊ cū termin⁹ diſtinguaẽ eēntialr a fundamēto reſpectus
remoto termino eēntialr diſtincto a fundamēto: poterit
remanere fundamētū ꝙ̃tū ad oēm ſuā realitateꝫ: ⁊ tñ nō
remanebit reſpect⁹. ergo relinquiẽ ꝙ reſpect⁹ nō erit idē rea
liter fundamēto: ſed gñatio paſſiua eſt ad terminū. puta
ad agēs qō eſt poſſibile nō eē: qꝛ eſt a generāte ꝑximo pti
culari: qō agēs ꝑximū pōt nō eē. ¶ Q ſi tu dicas: ꝙ talis
generatio nō eſt ad h̓ agēs pticulare: ſed ad agens in cōi.
¶ Cōtra. Eo mō q gñatio actiua eſt ad terminū fbaleꝫ: eo
mō gñatio paſſiua eſt ad agēs: ſꝫ gñatio actiua ē ad termi
nuꝫ fbaleꝫ in pticulari. Probaẽ. Ad illud eſt gñatio vt ad
terminū: qō p̓ iduciẽ p motū: ſꝫ ita ē: ꝙ ſingulare ⁊ pticu
lare iduciẽ p̓ p motū. ex ſnia Ar. p̓ meta. Act⁹ ⁊ gñatiōes
ſunt circa ſingularia. ergo iſto mō generatio erit ad agēs pti
culare: qꝛ nō eſt maior rō ꝙ ſit ad terminum ſubſtāntialeꝫ
particularem ꝙ̃ ad agens. ¶ Reſpondeẽ ad hoc: ꝙ ma
nente fundamento alicuius reſpectus: manet tota reali
tas reſpectus: ſed nō manet reſpectus ſub omni ratione:
qꝛ non ſub illa rōne: ſub qua erat reſpectus: ita ꝙ deſinit
eſſe ꝙ̃tum ad rōneꝫ reſpectus: ⁊ nō ꝙ̃tum ad ꝑpriam rea
litateꝫ reſpectus: qꝛ nō habet aliaꝫ realitatem a realitate
fundamenti. ¶ Cōtra. qro de illa rōne reſpectus ſub qua

cāe sint veriores in suo esse specifico ꝛ determinato ꝛ ha
beant maiorē realitatē q̄z finis in eē in quo cāt. Et qn̄ dr
q ens in potētia est ens diminutuz ꝛc. Rndet ꝯcedēdo
hoc esse veruz respcū realitatis ꝛ veritatis esse specifici ꝛ
determinati ipsius finis: sz non est ens in potētia exclu
dens ocm̄ entitatē simplr. vn̄ nō valet ista ꝯn̄a. hoc est ve
rior lapis: g̃ verius ens. sicut nō valet. hoc est pfectissim⁹
lapis. g̃ pfectissimū ens. Ex quo sequit q finis in eē iten
tionali pōt hre nobilius esse absolute ꝛ simplr: lz nō rea
lius aut verius respectu esse determinati ipsius finis. De
esse obtiuo finis nobiliori simplr aut sz qd in itellu crea
to aut increato satis dcm̄ est superius in distōnib⁹. distō
ne. 6. in corpe qōnis: an̄ ꝯnes declinatiuas qōnis. Et cō
formiter ad illā distōnem rndēdo pōt dici ad ppositū q
finis quo: in itentione agētis: ꝛ loquēdo de fine artificia
li ꝛ de fine agentis p cognitionē: de quo est difficultas.
quicqd sit de alijs: est ens reale ptcipatiue: qz ptcipat
esse cognitionis: sm quam est obm mouēs ipsam volūta
tez vel artificē ad operādū: ꝛ tūc vtute cognitionis q̄ est
ens reale: aut etiā itells mouet ipm agens ad agendū: ꝛ
talis finis sic itentus hz pfectius esse ꝛ nobilius partici
patiue: q̄z sint entia quecūqz iferiora cognitione actuali
intells: seu ēt ipo itellu dirigēte ꝛ volūtate iperante exe
cutionez finis. queādmoduz determinat Scotus in. 4°
dist. pma. q. pma. ꝛ in pmo dist. 3. q. 4. post quartū arti.
vbi hz q obta in intellu diuino mouēt itellm creatū vir
tute itells diuini: a quo pducunt talia obta in esse obie
ctiuo: ꝛ in eē itelligibili. ꝛ tūc ꝯcedit ipse q hmōi obta hnt
aliqd esse ex nā rei: per qd pnt mouere intellm creatū ad
cognitionem ipsoꝝ. ꝛ ita ex hoc ꝯcluderet q nō soluz fi
nis est realis in eē p quo cāt. verū etiaz in esse in quo est
cā. ¶ Et per hoc rndet ad multas instantias pserim ad
istā. cā dū realr cāt hz esse reale: qz cālitas sequit entitatē
rei: sed ita est q cā finalis in eo istanti quo agēs agit rea
liter causat: g̃ hz eē reale. Ad quā instantiaz rndet ꝯcedē
do ꝯn̄s ꝛ ꝯn̄am: loquēdo de eē qd cōpetit cāe vel forma
liter vel participatiue. Et si dicas nō qdlibet agēs pp ter
finez mouet a fine in esse itentionali: ex quo nō qdlibet
agens est cognoscens finē ppter quem agit rndeo q oē
agens per se itendit finem: qz appetit ipsum vel appeti
tu naturali vel sensitiuo aut volitiuo. Appetere aūt finē
quocūqz istoꝝ modoꝝ est finē itendere: ꝛ esse in itentiōe
agētis. Istud aūt appetere vel psupponit cognitionez in
appetente vel in alio a quo dirigit. Si loquamur de ap
petente appetitu sensitiuo vel volitiuo: tale appetens
est cognoscēs finē pp quē agit: ꝛ de talib⁹ pcedit rō ad
ducta. Si vo appetens solū appetat appetitu nāli: cum
appetat vtute dirigētis in finē: qd dirigens est ipsa itelli
gentia cognoscens. adhuc hr itentuz. Et hoc est qd ingt
Auerroys. 12. meta. cō. 18. Opus nāe est opus itelligētie.
Ex quo seqtur q oīs finis vel formalr est in itentione co
gnoscēns vel vtualr ꝛ participatiue: ꝛ ita pōt saluari isto
mō realitas cāe finalis. Pōt tertio mō rnderi saluando
hōi realitates per ea que dicta sunt superius de esse obti
uo rei intelligibilis ꝛ volibilis: qd hz esse ante actum in
telligendi: vt premissum est supra.

Ad ꝯfirmationē argumēti pncipalis supe
rius adducti. Cum dicitur
causalitas simpliciter ꝛ realis est nobilior causalitate sz
quid. patet responsio ex dictis. Nam ppositio assumpta
pro maiori est vera si sint cause in eodem genere cause:
in diuersis tn̄ nō incōuenit. Uel iuxta viam que nūc po
sita est dicitur q causalitas finis est realis: ꝛ est nobilior
ceteris causis. vt pbatuz est supra. ¶ Ex hoc etiam rnde
tur ad illud quod additur. vz. causalitas finis est causali
tas sm quid: ꝛ metaphorica: respondetur negando hoc
assumptuz q sit causalitas sm quid: qz finis realiter cau
sat ꝛ concurrit simul cū efficiente ꝛ alijs causis. Conce
dit tamen q est causalitas metaphorica: qz motio ipsius
finis in ratione amati ꝛ desiderati: ꝛ mouere sic vt ama
tum: est mouere metaphoricuz: qz mouere isto modo est
pducere vel constituere rem in esse amato ꝛ desiderato.
Et pro quanto res capit sic esse amatum ab ipso fine di
citur istud causare metaphoricum: ꝛ sm quid penes esse
amatuz qd est esse sm qd attributū ipsi rei a fine mouēte
vnde omne aggregatum ex pluribus: quoꝝ vnuz est tale
simplr: aut ens reale: alterū est ens rōnis ꝛ sm qd: totuz
natū est denoiari denoiatione a posteriori: ꝛ quo ad nos
a debiliori: seu ignobiliori: sed non denoiatione quo ad
nām ꝛ a priori de qua dcm̄ est supra. Cum igit ita sit q fi
nis in esse obtiuo habeat aliqd esse ex nā rei. vt premissuz
est: ꝛ aliqd esse rōnis: quod est esse amatum rōne qua fi
nis est amatus: appellat ens sm quid. Et causalitas p
ueniens ab isto toto aggregato denoiat ab ente sm qd.
Et sic appellatur causalitas sm quid ꝛ metaphorica: qz
denoiatio totius aggregati semp sequit debiliorem par
tem. Et ad illud qd cōmuniter dicitur: q causalitas finis
est intentionalis. responsuz est q est intentionalis: vt di
stinguitur contra materiale: ꝛ appellatur intentionalis:
qz est quedam intentio agentis per quaz tendit in obie
ctum ꝛ in finem producendū in esse reali. ¶ Ad vltimū
pro ista parte cum arguit. Si finis esset nobilissima cau
sarum potissima demonstratio esset per finem. Respon
detur vno modo. concedendo ꝯn̄s ꝛ ꝯn̄am. Unde cum
omnes cause possint demonstrari per finez. ꝛ finis in agi
bilibus sit sicut principium in speculabilibus: cumqz pn
cipium in speculabilibus sit illud a quo dependet tota
certitudo ꝛ euidentia ꝯclusionis seu demonstrationis:
sequit q etiam a fine sumetur omnis certitudo ꝛ euidē
tia causati ꝛ etiam aliarum causarum dependentiuz ab
ipso. Et cum dicitur. q qd quid est: est principiuz demō
strationis. respondetur q qd quid est intelligitur nō tm̄
pro eo quod dicit quid est esse rei: sz pro omni eo qd di
cit ppter qd: qd maxime cōpetit fini. Et cum dicitur q
qd quid est maxime accipitur a forma. Negatur hoc. ꝛ si
inueniat ab Aris. q qd quid est sit forma: intelligit Aris.
qd quid est esse formam appropriate: pro q̄tō qd qd est
notificat diffinitū. sicut forma notificat illud cui⁹ ē forma
vel accipitur a forma vt a parte pncipaliori ꝛ notiori in
trinseca diffinito. finis aūt est cā extrinseca. Uel pōt dici
ꝛ est scda rnsio: q certitudo cognitiōis pōt accipi: vel qz
sit de

sit de certiori obto in se & bz ppriā entitatē que appellat certitudo simplr: vel de certiori obto sm pportionez ad potentiā cognoscētē: vn̄ aliqd est certi⁹ in se: qd tn̄ nō est certi⁹ sm pportionē ad potētiā. illud. n. est certi⁹ in se qd plres gradus in se ꝯtinet cognoscibilitatis. Illud aūt est certi⁹ in ordine ad potētiā cognoscētē de quo ipa plures gradus cognoscibilitatis attingat: cū igr ita sit q forma in re sit nobis notior & euidentior q̄ ad nos: sic q de ipa plures gradus cognoscibilitatis attingimus: q̄z de fine. sequit q certior cognitio quo ad nos & sm pportionez potentie nr̄e itellectiue ad obm itelligibile habet de forma q̄z de fine: cū hoc tn̄ stat: q p finem habeat cognitio certior simpliciter & quo ad naturam. Et sic ad qōnem.

Ad argumēta adducta in pn̄° qōnis. ¶Ad pmuz pz rn̄sio ex dictis. vz. q finis est pncipiū & pmū in eē intētionali: vltimū aūt i eē reali: & p̄m & vltimū isto mō nō opponunt: qr ista nō accipiunt sm idē. ¶Ad 2m argm scdi q̄siti. Ꝯcedit q finis i eo instāti in quo agēs agit mouet actu cāndo effectū sibi correspōdētē: & ita ꝯcedit maior & negat minor. Cū ad pbationē dr: cā q̄ mouet actu est in actu: ꝯcedit q est i actu sm aliqd eē. s. aut ex agēs: aut in itentiōe agētis & in esse obtiuo: neqz reqrit q illd qd est actu mouēs: marie metapho^ce sit actualr ex in re: sz sufficit q sit in actu bz aliqd eē obtiuū: aut ex nā rei. ¶Ad ꝯfirmationē p ista via & 2° q̄sito. Rn̄det ad qōnē admittēdo ipaz p nūc. sz negat q entitas finis in eē in q̄ cāt nō sit extra: vn̄ lz sanitas in eē reali in istāti quo agēs agit nō sit sanitas extra tn̄ in eē itētionali est aliqd extra saltē hn̄s eē ex nā rei. ¶Ad argumēta tertij q̄siti. Cū dr data vitate isti⁹ seqret q idē respcū eiusdē &c. Rn̄sio pz ex his q̄ dicta sunt ad istātias adductas ꝯtra tertiā ꝯnē pncipalē. ¶Ad argumēta q̄rte. q. cū dr si finis eēt nobilissima cāz: seqret q cālitas finis cōpeteret nobilissimis entib⁹. ꝯcedit ꝯn̄s & ꝯn̄tia. & ad p̄mā iprobationē ipsi⁹ rn̄det ad itētionē Ar. loco palle. q imobilia q̄ sūt de⁹ & itelligētie nō hn̄t cāz finalē: q̄ attingat p motū aut mutationē: qr in ipsis pductio aut actio nullū psupponit sbm mutatū qd trāseat de puatione ad actū: sz in ipsis est simplr emanatio de nō eē ad eē. Deus aūt respectu oium aliaz itelligentiaz a se est finis duplr. Vno° ē finis q est cā finalis: qr ex amore sui pducit ipas itelligētias. Alio° est finis obiectalis: seu attingēdus per opōnē: qr in ipo deo tāqz i pfectissimo itellibili & volibili: vnaqqz intelligētia getat & delectat: de⁹ aūt respectu suipsi⁹ est tm̄mō finis attingēdus p opōnē qr i seipo vltimate beatificat p itellm & volūtatē. ¶Ad scdaz iprobationē. cū dr q de⁹ ē agēs respectu oiuz cāb^m. & tn̄ nō agit pp finē ipsoz: negat h assumptū. Et cū tu dicis: aut talis finis eēt ipmmet agēs pmū &c. Rn̄det q est ipz pmuz agēs in q̄ ꝯcurrit duplex cālitas. s. efficiētis & finis. Et cū tu dicis. g cālitas pmi efficiētis nō eēt simplr pma: sz eēt cāta ab aliq priore. negat ꝯn̄tia. Et cum dr q actio pmi agētis est cāta ex amore sui: dato q pmū agēs sit cā finalis. ¶Rn̄det q talis cālitas pmi efficiētis nō ē nisi velle vel amor determinatiu⁹ creature ad existēdū: & amor iste est qddā simplr icātū: idē simplr eēntie diue. verū tn̄ sm nrm modū itelligēdi intelligim⁹ ipz velle diuinū vt terminat ad creaturā: q̄ ad exn̄tiā ipsius pergere ipmmet velle aut amorē: q̄ de se deus diligit: & ex ꝯn̄ti cū pp se amatum & desideratū deus causet qcqd cāt: seqt q ipm velle quo se diligit sit q̄si cā amoris vt determinat ad creaturam & ad exn̄tiaz eius. Et sic vr sm nrm modū itelligēdi q cālitas effectiua dei dependeat & sit q̄si cāta a cālitate finali pro quanto preexigit ipsam. ¶Pōt etiam dici q deus agit ppter finem alium a se: qui non est finis ipsius dei: sed effectus & est finis minus pncipalis propter quē agit vt dictum est in corpore questionis.

¶Ampli⁹ āt alia sm nūerū sūt vnū alia bz spēm &c. Tex. cōmen. xij. Qō. v.

Queritur Vtrū indiuiduatio nāe fiat p hecheitatē seu pprietatē idiuidualē: vel p mām & q̄ntitatez. 1
¶Et arguit q nō p pprietatē idiuidualez: qr data vitate hui⁹: seqret: q ordo iter idiuidua eiusdez spēi eēt ordo eēntialis & p se. ꝯn̄s est falsum. Tū qr in idiuiduis est pcessus in infinitūz sz in ordine eēntiali nō est pcessus in ifim. g talis ordo nō est iter idiuidua eiusdē spēi. Tū ēt qr h est ꝯ Ar. i 3° meta. tex. cō. 11. Vbi cōmēdat Platonē volētē: q in idiuiduis eiusdē spēi nō est hoc prius: & illud posteri⁹: pp qd sm ipz Platonez oia idiuidua vt posteriora reducebant ad aliqd prius sepatū: ad qd oia talia hēbant essentialē ordinē: qd sm ipm erat idea spēi sepata ab idiuiduis. Ar. ꝯcordat cū Pla. in p̄. s. q in idiuiduis nō est ordo prioris & posterioris eēntialr: & discordat in alio. Ꝯsequētia pma sic pbat. psupponēdo q pprietas indiuidualis in sor. nō est accn̄s sor. sz est eadē cū sba sor. Et silr in alijs. Presupponit ēt q ordo iter aliq̄ attēdit penes pn̄a distinctiua: ita q talis ē ordo iter disticta: q̄lis eēt iter pn̄a distictiua. Ex hoc argr sic. Ordo q ē iter sor. & Pla. ē penes dr̄ias sbales. g iste ordo erit sbalis: sz ois ordo sbalis est ordo p se & eēntialis. g &c. minor vr nō: qr sbale distigut ꝯ accn̄tale: & p se ꝯ p accn̄s. ¶Et ꝯfirmat ista rō: qr ordo pn̄°z distinctiuoz bz reduci ad illud pdica^m cui⁹ sūt ipsa pn̄a distinctiua: sz talia pn̄a sūt ī pdicamēto sbe respcū ipoz idiuiduorū q̄ distiguunt. g talis ordo erit sbalis. ¶2° pncipaliter 2
argr. Data ista pōne: seqt q dr̄ia specifica vltia spēi spālissime nō eēt pfectissima dr̄ia. ꝯn̄s ē falsuz & ꝯ doc. subti. s. Tho. & alios. Et vr eē de mēte Ar. 7. meta. vbi vult q dr̄ia finalis sit tota sba rei: & logt de dr̄ia spe^ca: qd nō eēt: nisi talis dr̄ia cōprehēderet oēz pfectionē rei. ꝯn̄a sic deducit. Ois 1a dr̄ia est pfectior q̄ psupponit alias dr̄ias supiores: sz dr̄ia specifica nō psupponit oēs dr̄ias q̄ sūt in idiuiduo: & eꝯ dr̄ia idiuidualis sic psupponit tales dr̄ias g dr̄ia idiuidualis est pfectior dr̄ia spe^ca. ¶Et ꝯfirmat qr q̄nto act⁹ est posterior: tāto pfectior. p Arist. 9° meta. Priora gn̄atiōe sūt posteriora sm sbaz & pfectionē: sz ita est q actus idiuidualis seu pprietas ipsi⁹ ē posterior act⁹ ipsa dr̄ia spe^ca. g pfectior. ¶Itē ꝯfirmat hoc: qr si sic eēt quēadmodū ista pō ponit: seqret q daret pfectio ifinita pter deitatē & eēntiā diuā. ꝯn̄a sic deducit. Nō. n. pp aliā cām ponit esse ipole q spēs multiplicent in ifinitū: nisi pp hoc: qr daret pfectio ifinita. s. aliq̄ dr̄ia in ifinitū posterior: q̄ psupponeret oēs alias: & ista eēt in ifinitūz pfectior ista dr̄ia data. Asili arguit. Si dr̄ia idiuidualis est posterior psupponēs ifinitas dr̄ias: erit i ifinitū pfectior sz nō est polis ifinitas in idiuiduis eiusdē spēi. g segt ppositū. ¶3° pncipalr arguit sic: psupponēdo: q q̄ntitas ē 3.
pn̄m p se diuisiōis seu distōnis: & hoc pbat: de mēte Ar. in. 5. meta. c. de q̄ntitate vbi diffinit q̄ntuz p eē diuisibile in ptes eiusdē rōnis: q̄rū q̄libet nata est eē vnū aliqd: & h aliqd itelligēdo p h aliqd ipm idiuiduū. Ex h psupposito arguit sic. Data pōne scotistaz sequitur h absurdū & incōueniēs: q idē idiuiduū distiguet ab alio duplici distōne: & p duo pncipia distinctiua: ꝯn̄s est falsuz. g aīs ꝯn̄a aūt pbat. qr pprietas idiuidualis bz istos est pncipiū distinctiuū nūeralr vni⁹ idiuidui ab alio silr q̄ntitas extra i eo sic est pncipiū distictiuū. g idē distiguet ab alio distōne nūerali: & eiusdē rōnis duob⁹ pncipijs distinctiuis q̄ erūt eq̄ p distictiua. ¶Et ꝯfirmat h: qr q̄ntitas aut distinguit: p se: aut distinguit p accn̄s. si dicas q p se: hr ppositū. Si dicas q p accn̄s: ꝯ hoc duplr. Tū qr hoc ē ꝯ Ar. loco pallegato: & i pdicamētis. Tū qr nō magis distigueret q̄ntitas vnū idiuiduū ab alio q̄z reliq̄ accn̄tia. ¶Itez ꝯfirmat hoc idē: qr si q̄ntitas aduenit aliqbus idiuiduis eiusdē spēi: aut diuidit ipsa seu distinguit: aut iuenit ipa diuisa & distincta. Si p̄mō: hr ppositū: qr illa nō sūt diuisa nisi p q̄ntitatē. si det scdz. g cū alia accn̄tia adueniāt indiuiduis in esse distincto: non magis q̄ntitas diuidet

q̃̃ alia accñtia. ¶ 4° pn' ar. Si sit verū ꝙ ꝓprietates indiuiduales distinguūt ipa idi°: seq̃ref ꝙ tales ꝓprietates indiuiduales ɔtinerent in nã specifica eo mõ q̃ iferius ɔtinet' i suo supiori. ꝙ si ɔcedit cū oẽ distiguibile possit distingui in oĩa illa quoꝝ pn° distinctiua ɔtinet in se virtualr: aut p se: seqr̃ ꝙ spẽs spãlissima possit diuidi p se in in ifinita. Probaf ista vltima ɔña: qꝛ idiuidua in eadẽ nã pñt multiplicari in ifinitū respectu quoꝝ nã ipsa ɔtinet p se ꝓpetates iduiduales. ḡ p se sic poterit diuidi in ifinita. ɔña est falsum. Tum qꝛ citra dñam specificã spẽi spãlissime nulla est dña p se: vt est de mẽte. Porphirij in de vlib°. vbi vult: ꝙ spẽs spãlissima sit athoma. vel idiuisibilis: qȯ nõ ẽ itelligẽdū de idiuisibilitate opposita cuicunqꝫ diuisioni: qꝛ certū est ꝙ spẽs spãlissima diuidif in idiuidua: sꝫ hꝫ itelligi ḋ idiuisibilitate opposita diuisiõi p se: ꝛ pp hoc dixit cõmẽdãdo. Platonẽ ꝙ a gñalissimis ad spẽs spãlissimas descendẽdo: iubet. Plato quiescere. ¶ Hoc idẽ ɔfirmaf p Ar. 10. meta. vbi vult: ꝙ citra spẽꝫ spãlissimã q̃cũqꝫ dña est: est accñtalis. ¶ 5° pncipalr arguif. data ista põne seqtur ꝙ ꝓprietas indiuidualis erit dña eẽntialis ꝛ q̃dã eẽntia: ɔñs est falsuꝫ. ꝛ ɔña ꝓbaf. In idiuiduo illud qȯ ꝓcedit eẽ actuale est eẽntia: qꝛ nõ vr̃ in idiuiduo posse repiri aliqd nisi sit essentia vel eẽtitas a q̃ est eẽ actuale ẽt ḃꝫ Sco. sꝫ ꝓprietas idiuidualis ꝓcedit eẽ actualis existẽ ḃꝫ Sco. ḡ ꝓprietas idiuidualis est eẽntia ḡ si distinguit: distiguit eẽntialr: ꝛ cū nã specifica distinguaf in ifinita: ipsa species eẽntialr distinguef in ifinita. ¶ Itẽ 6° argr̃. si ꝓpetas idiuidualis ɔstituit idiuiduuꝫ. s. hecheitas: aut ɔstituit idiuiduuꝫ p se. sic ꝙ p se cõpetat ei: aut p accñs. Si 2° mõ. ḡ poterit separi hecheitas ab indiuiduo ꝛ singulari: ꝛ ita remanebit idiuiduū: ꝛ nõ p hecheitatem. si aũt cõpetat singulari p se: aut p se p̃ modo aut p se 2° mõ: nõ est dõm 2m: qꝛ tũc hecheitas eẽt passio singularis. Neqꝫ est ẽt dõm p̃mũ. Tuꝫ qꝛ ꝓprietas idiuidualis. ꝓdicaref q̃ditatiue de ipso singulari: qȯ nõ ɔcedi tur a Scotistis: qꝛ ꝓprietas talis est p̃ diuersa ab oĩ q̃ditate. Tũ qꝛ talis ꝓprietas est modus intrinsecus vt cõuer dr̃ ꝛ modus talis nõ est de q̃ditate illi° cui° est modus. ḡ nõ cõpetit singulari p se. ¶ Ultio arguif. hecheitas dr̃ ab h hec hoc pnomine demõstratiuo. cui si nõ corrñdet aliqd demonstratū: cassuꝫ est ꝛ vanũ ḃm. Priscianũ in minori volumine. Isto stãte q̃rif. Utrũ p hecheitatẽ aliqd demõstref: aut nõ. si dicas ꝙ sic. Si tale demonstratum nõ est nisi ipꝫ singulare ergo seqtur ꝙ hecheitati correspondet ꝛ subijcif aliquod singulare. ergo hecheitas aduenit singulari constituto in esse singularitatis. Si autem dicas ꝙ ipsi hecheitati non subijcitur aliquid demonstratum ergo hoc pronomen hecheitas est vanum ꝛ ficticium.

Ad oppositũ tñ ꝛ p pte affirmatiua q̃õnis ar. p̃ma sba per se opaf ꝛ p se terminat gñationẽ. Ista ꝓpõ pꝫ q̃ꝫtũ ad p̃mã ptem ꝓpterea: qꝛ actio est per se suppositi seu singularis. ex p̃ meta. q̃ꝫtũ ad scḋaꝫ appet per idẽ in p̃ meta. in ꝓlogo. Actus ꝛ gñatiões versanf circa singularia. Ex hoc arguif sic. sba p̃ma per se operaf. ergo per se est ens. Ista ɔña pꝫ: qꝛ causalitas ꝛ actiuitas insequtur entitatẽ rei. cū sit cõditio entis. ergo vnũquodqꝫ sicuti operaf ita est ens. ergo si per se operaf: per se est ens: sꝫ substantia p̃ma icludens q̃ꝫtitatem non est ens per se: sꝫ per accñs quatenus includit ipsam. ergo substantia prima non est talis per q̃ꝫtitateꝫ.

In ista. q. p̃ ponenf q̃dã ꝓambula. 2° determinabif qȯ sꝫ multipli cẽ ɔñe excludẽdo opinionẽ. S. Tho. de idiuiduatiõe p q̃ꝫtitatẽ ꝛ mãm. tertio loco determiabif qȯ iuxta opi. quã seqmur. 4° v̇o loco videbim° ad argu°: ꝛ difficultates isurgẽtes ɔ 3m artm. 5° soluemus auc̃tes ꝛ rõnes p̃me opionis q̃ est. s. Tho. 6° ꝛ vltimo soluentur argumenta in principio q̃õnis facta.

Circa p̃mã ptẽ sunt q̃ttuor ꝓambula. p̃ est aduertẽduꝫ ꝙ cū querimus de cã idiuiduatiõis ipsius idiuidui: nõ accipimus idiuiduũ aut ẽt singulare: vt ista ipoꝛtant itentiões scḋas: qꝛ idiuiduũ vt est itentio scḋa idiuiduaf effectiue ab itellectu: formalr aũt ab itentiõe scḋa: q̃ est idiuiduatio. Et ɔsilr dõm est de singulari. Sꝫ querimus de idiuiduo ꝓ substrato huius intẽtionis scḋe. s. de so. Plato. aut Cice. ꝛ q̃rimus cũ idiuiduũ sit ens in istis iferiorib° icõicabile: cui ɔdictoie repugnat plurib° cõicari: ac ẽt plurificari: qd est illud p qȯ repugnat tali enti plurib° cõicari. Et nõ q̃rim° de cã formali pp quã repugnat tali enti cõicari ad plura: qꝛ talis cã formalis est ipa formalis repugnãtia: vñ sicut albũ albedine formalr est albũ: sic repugnãs repugnãtia ipsa formalr repugnat: sꝫ q̃rim° de cã isti° repugnãtie. qd est illȯ quo tanq̃ꝫ fundamẽto ꝓrio ipsi° repugnet idiuiduo plib° cõicari. ¶ Scḋꝫ ꝓambulũ est. ꝙ cũ q̃rim° de singulari: nos nõ q̃rim° quo formalr singulare vel idiuiduũ sit vnũ numero: qꝛ certũ est ꝙ vnũ numero est vnũ tale formalr p suã vnitatẽ numeralẽ. sꝫ q̃rimus q̃ tanq̃ꝫ fundamẽtũ ꝓrimo ipsi° vnitatis numeralis idiuiduũ est vnũ nũero: qȯ est q̃rere: qd ẽ illȯ ad qȯ imediate cõsequif vnitas nũeralis. Ex q̃ appet ꝙ male dicũt aliq: ꝙ idiuiduũ mãlr est idiuiduũ p materiã formalr p formã: q̃ꝫtitatiue p q̃ꝫtitatẽ: q: tunc qȯ facillima eẽt: qꝛ sic diceref ꝙ idiuiduũ albificatiue ẽ idiuiduũ p albedinẽ. Ita ɔpiter facile eẽt assignare rõnẽ idiuidualẽ idiuidui iq̃ꝫtũ tale aut tale. Tertiũ ꝓambulũ est: ꝙ cũ q̃rim° de singulari idiuiduo: q̃rim° de singulari signato ꝛ determinato: ꝛ nõ de singulari cõi vago ꝛ ideterminato: qȯ singulare signatũ est simplr icõicabile: in quo cõcurrũt due rõnes: q̃rũ vna est eẽ h ꝛ singulare: alia rõ est idiuisionis: ḃm quã est idiuisum a se. singulare enim ꝛ est singulare ꝛ est idiuisuꝫ: pp quã idiuisionẽ sortif h nomẽ qȯ est idiuiduũ. De vtraqꝫ rõne in ipso q̃rim° ꝛ vtriusqꝫ cãm inq̃rimus ꝛ q̃rẽdo de vna rõne q̃rim° de alia. Et vlterius q̃cq̃d est cã vni° est ẽt cã alteri° qȯ declaf: qꝛ qñ sũt duo effect° eẽntialr ordinati: q̃cq̃d est cã vni° est cã alterius: ꝛ q̃cq̃d est cã p̃oris: est cã posterioris: sꝫ ista duo. s. eẽ singulare: ꝛ eẽ idiuisuꝫ: sũt duo effect°: q̃rũ p̃oꝛ est eẽ singulare q̃ꝫ eẽ idiuisuꝫ. ḡ q̃cq̃d est cã singularis est cã idiuisionis: ꝛ ita si assignabim° cãm pp quã idiuiduũ ẽ singulare: eãdẽ assignabim° eẽ cãꝫ idiuisiõis. ¶ Ultimũ ꝓambuluꝫ ẽ. q̃ttuor sũt vnitates: q̃rũ vna ẽ nũeralis: alia specifica. 3° gñica. 4° trãscẽdẽs: ꝛ iste vnitates distinguunf iter se quẽadmodũ entitates distiguunf: ad q̃s ipe vnitates ɔsequunf. Et rõ est: qꝛ vnitas est pa° entis: multiplicato subto: multiplicaf ꝓpria pa°. Ex quo seqtur: ꝙ cũ singularitas sit alia a nã specifica: ꝛ natura specifica a natura gñica: ꝛ natura gñica a rõne formali entis inq̃ꝫtũ ens est sequitur ꝙ ẽt iste vnitates erunt alie ꝛ distincte.

Quãtuꝫ ad 2m articulũ ẽ opio. s. Tho. ꝛ suoꝝ seq̃ciũ ꝙ idiuiduatio fiat p mãm sbtaꝫ q̃ꝫtitati signate. Ita ꝙ cũ in idiuiduo° ɔcurrãt duo. s. esse idiuisuꝫ a se ꝛ diuisum a q̃libet alia. P̃mũ idiuisiõis ẽ mã: sꝫ diuisionis est q̃ꝫtitas. p̃m pꝫ: qꝛ i fũda° nãe nihil ẽ distinctũ. 2m ẽt pꝫ: qꝛ act° sepat ꝛ distiguit. ex. 7. meta. tex. cõ. 49. Ex q̃ ɔcludif: ꝙ nõ solũ mã ẽ pn̄m idiuiduatiõis: sꝫ ẽt q̃ꝫtitas. ¶ Pro mã hñtur multe auc̃tes: q̃rũ p̃ma est in. 7. meta. tex. cõ. 28. vbi hꝫ Ar. ꝙ gñans gñat aliud pp mãꝫ. Calias ꝛ Socra. inq̃t ipse diuersa sunt pp mãm: eadẽ aũt specie. ¶ Itẽ in eodẽ. 7. hꝫ tex. cõ. 41. ꝙ in q̃busdã substãtijs qȯ qd erat eẽ: ẽ idẽ cũ eo cui° ẽ: i q̃busdã aũt nõ. Sic i subijs mãlib°. Et hãc eãdẽ sniam hꝫ i. 8. meta. tex. cõ. 8. Ex q̃ vr̃ (lꝫ nõ ad itẽtionẽ. s. Tho. q ponit mãm eẽ ptẽ q̃ditatis rei specifice) ꝙ mã sit ex q̃ditateꝫ rei: ꝛ nõ cõpetat illi: qȯ hꝫ p q̃ditateꝫ. Et ita cũ mã sit i idiuiduo: ꝛ sit ex q̃ditatẽ: vr̃ ꝙ sit pn̄m idiuidui i eo ꝙ idiuiduũ ẽ. ¶ Itẽ hr̃ h idẽ i. 12. meta. tex. cõ. 49. vbi ꝓbat Ar. ꝙ nõ pñt eẽ plẽs celi p̃mi qꝛ nõ pñt eẽ plẽs p̃mi motores. Uñ arguit ꝙ si eẽnt plẽs p̃mi celi foret pn̄m inq̃t ipse circa vnũq̃dqꝫ ipẽ vnũ: nũero v̇o multa: sꝫ q̃cũqꝫ sunt nũero multa hñt mãm multã. Uñ ɔcludit. endelechia. n. vnũ specie ꝛ numero. p̃mum mouens imobile. Arguit ḡ vnitatem celi ex vnitate p̃mi

motoris

motoris p nō habere mām. ꝛ facit mentionē spālr de mā pma. ❡ Hoc idem habeť in tertio de aīa. ꝙ aliud est ma gnitudo: aliud, magnitudinis esse: in mālibus. tex. cō. 9. ex qua auctē: vt pus. ❡ Silr a Cōmē. habeť ꝙ si intelle esset indiuiduatiuo: esset mālis: ꝛ silr species itelligibilis. ❡ Pro q̄ntitate ꝙ sit pncipiū indiuiduationis: hr cō. 6. p phyſi. ois multitudo ingt Cōmē. aut est bm formā: aut bm q̄ntitatē. Ex quo sequiť ꝙ cū multitudo bz formā sit formalis ꝛ specifica: bm q̄ntitatē sit mālis ꝛ idiuidualis sequiť ꝙ q̄ntitas sic est pncipiū indiuiduationis. ❡ Pro hac pte adduciť rō talis. Qñcunq̧ aliq̄ passio p se pmo cōpetit alicui: cuicūq̧ cōpetit rōne illius. Sed ita est ꝙ diuisibilitas in ptes eiusdem rōnis per se p cōpetit q̄ntitati: ex sniaꝫ Ar. 5. meta. de q̄ntitate: ꝛ q̄ntitas nō facit vnū p se cuꝫ sba. qd̄ declarať. Tū ex snia Ar. 5. meta. ca. de ente ꝛ vno. Tum p rōnem: qꝛ vnū p se non fit: nisi ex p se actu: ꝛ ex p se potentia. queadmoduꝫ vult Ar. 8. meta. sed ita est ꝙ sba nō est per se potētia respectu q̄ntitatis: qꝛ vnū per se receptiuū ordinať essentialr ad actuꝫ eiusdē gn̄is. g̃ potētia substātialis ordinať p se ad actum sbalem: sꝫ q̄ntitas nō est actus sbalis: sꝫ accn̄talis: ꝛ bz gd g̃ nō facit vnū p se cū sba. Ex hoc ꝯcludiť: ꝙ cū ex sba ꝛ q̄ntitate nō fiat vnū p se: nō pōt sbe quante (vt includit totuꝫ aggregatū ex sba ꝛ q̄ntitate) p se p cōpetere diuidi in ptes eiusdē rōnis: sed si cōpetit sbe: cōpetit tm̄ p accidens: ꝛ ita sbe p accñs ꝛ q̄ntitati per se p. Ex hoc arguiť vltra. qd̄ est pncipiū p se pmū diuisionis aliquorum: est pncipiū primū eoꝝ distōnis: sed q̄ntitas est principium primū diuisionis in aliqua plura eiusdem rōnis. ergo est principiū eoꝝ distōnis inq̄ntū sunt eiusdē rōnis: sed spēs spālissima diuidiť tali diuisione. ergo cōpetit spēi spālissime p q̄ntitatē sic diuidi. ❡ Et ꝯfirmať hoc: qꝛ vnū indiuiduū nō distinguiť ab alio indiuiduo. nisi p aliā ꝛ aliā formam. Sed forma nō est alia ꝛ forma: nisi qꝛ recipitur in alia ꝛ alia pte mãe: sed mā nō bz ptem distinctam ab alia pte: nisi sit quāta. ergo p q̄ntitatē vltimate fit hec distinctio numeralis. ❡ Et cōfirmať hoc: qꝛ generans: vt dictū est superius generat aliud, pp̄ter mām. g̃ mā geniti est quanta: ꝛ pncipiū distōnis ei est q̄ntitas: ꝙ sit q̄nta talis mā geniti pbať: qꝛ agens nāle agens in mām nō agit in mām nudam: sed in mām quātā. Aliogn ex nō quāto generareť q̄ntuꝫ: ꝛ ex nō corpe corpus: vt deducit Cōmē. in de sba orbis: ꝛ ideo vult ꝙ dimensiones interminate pcedūt in mā formam sbalem generandaꝫ ꝛ generationē eius. Ex hoc inferť ppositū ꝙ cū mā geniti sit q̄ta: ꝛ nō q̄ntitate gn̄antis: qꝛ illa q̄ntitas nāliter precedit via gn̄ationis q̄ntitatē geniti. ergo illa q̄ntitas gn̄antis nāliter pcedit distōnem geniti: qꝛ qd̄ nāliter precedit esse alicuius naturaliter pcedit eius, distinctionem. ergo q̄ntitas generantis nāliter preexigitur ad distinctionem geniti. ergo est principium necessario preexactum ad hoc ꝙ genituꝫ distinguatur a generante.

Quantum ergo ad istū 2m articulū. Contra istaꝫ opi. pono tres ꝯclusiões. pma est ista. ❡ Materia nō ꝯstituit aliqd in esse idiuiduali. pbať pmo auctē. 2o rōne p Ar. bz in. 7. meta. tex. cō. 39. Q mā accipiť in vli: ꝛ in singulari. Unde bz hec v̄ba. Palam ꝙ aīa quedam sba est. corpus v̄o mā: hō aut aīal qd̄ est ex vtrisq̧: vt vlr. lꝫ aliqui textus dicant: vt vle: ꝛ subdit: ꝙ sor. aut corifcus: vt singulariter: ꝛ postmodū ꝯcludit. Siquidem aīa dr dupl'r. s. in vniuersali ꝛ in singulari: ꝛ subdit inferius: si v̄o simpl'r aīa hoc: ꝛ corpus hoc vt qdem vle ꝛ singulare. Ex quo textu habeť: ꝙ forma ꝛ mā possunt accipi in vli: ꝛ in singulari. ❡ Itēꝫ tex. cōmē. 35. habet hāc eandem sniam. Ingt enim homo ꝛ equus: ꝛ que ita sunt in singulis: vel bm alium tex. In singularibus non sunt substantia: sed quoddam simul totum. ex hac rōne ꝛ hac materia vt vniuersaliter: singulare, vero ex vltima materia. Socrates iam est. Ex qua snia bz ꝙ homo ꝛ equus in cōi sunt ex hac materia: ꝛ hac rōne. hoc est forma: vt vlr acceptis. Socra. aūt ex hac mā ꝛ ex hac forma signata. ❡ Hanc sniam bz Arist. 12. meta. tex. cōmē. 27. vbi bz hec verba. Eoꝝ que sunt in eadeꝫ specie: diuersa nō spē: sed qꝛ aliud est mā tua: ꝛ spēs: ꝛ mouens: ꝛ mea: rōne aūt vlī eadē. In qua snia vult. ꝙ pncipia sunt pportionata pncipiatis quo ad vnitatē ipsoꝝ pncipiatorum ꝛ distōnem eoꝝūdem. vnde concedit Arist. vnitatē mãe ꝛ distōneꝫ: queadmodū ipsius forme. Ita ꝙ sicut forma bz vnitateꝫ ꝛ distōnem in particulari ꝛ vlī: sic etiaꝫ mā. Ex his oibus auctoritatibus concludimus: qd̄ materia vt materia est: nō bz de se vnitatē numeralē bz quā ei repugnet ꝯtradictoꝛie pluribus cōicari: sed q̄ntū est ex se: est pluribus cōicabilis. Ex hoc arguiť, qd̄ nō est de se incōicabile: nō pōt ꝯstituere aliqd in esse incōicabili: sed ita est: ꝙ indiuiduū in istis inferioribus bz esse incōicabile ꝛ iplurificabile in plura. ergo mā non pōt constituere aliqd in esse indiuiduali. ❡ Maioꝛ est manifesta: qꝛ quodcunq̧ est pncipiuꝫ ꝯstitutiuū: non constituit aliqd in esse opposito: ꝛ in vnitate aliqua opposita sue pprie vnitati: sicut implicat ꝯtradictioneꝫ: ꝙ albedo aliquid formaliter cōstituat in esse opposito albedini: qꝛ forma non dat esse subiecto vel supposito formaliter: nisi tale esse quale est suum pprium esse formale. ergo si est aliqua entitas cōicabilis de se nō ꝯstituet aliquid in esse incōicabili. minoꝛ est manifesta ex dictis. ❡ Et confirmatur ista ratio: qꝛ si materia esset sic principiū indiuiduationis: sequereť ꝙ materie esset materia. Probatur: qꝛ qd̄ est natura vlis: nō contrahitur ad esse indiuiduale: nisi p materiaꝫ: vt tu dicis: sed ita est ꝙ materia est quedam natura vniuersalis habens sub se indiuidua. ergo determinabiť materia ad esse indiuiduale per aliam materiam. ❡ Item arguitur auctoritate Cōmen. 2. de anima cōmen. 8. vbi vult: ꝙ indiuiduum substantie sit indiuiduum p suam formam ꝛ non p suā materiā: ꝛ rō est ista: qꝛ quodcunq̧ est pncipale principium entitatis in re: est etiā principiū pncipale vnitatis ꝯsitas entitatem: sed forma in indiuiduo est pncipium pncipale entitatis indiuidui. ergo sic erit ꝛ vnitatis indiuidui: ꝛ ita magis a forma erit vnitas numeralis: ꝛ indiuidualis q̄ꝫ a materia. Contra istam opinioneꝫ est ꝛ articulus dānatus parisius ꝛ excōicatus qui dicit ꝙ sigs dixerit deū nō posse multiplicare formas sine mā error. Itē alius articulus. qui dixerit formā nō recipere diuisionē sine mā. g̃ error. ❡ Q si dicať ꝙ ista snia nō, est dānata vbiq̧: dato ꝙ sit dānata parisius. ❡ Cōtra. snia dānata alicubi p vniuersitatē famosaꝫ: vbiq̧ est dānata aut suspecta de heresi: nō solum, auctoritate. Diocesani epi: sed ꝛ auctoritate. D. pape: vt pꝫ extra de hereticis. c. ad abolendam. ❡ Scdo principalr p ista ꝯne rōne argi. psupponendo: qd̄ est de mente. S. Tho. ꝙ mā est pars q̄ditatis rei specifice. cū quo ꝯuenit Sco. lꝫ nō sit de intētione Auer. 7. meta. cō. 34. isto stāte arguiť sic, qd̄ est de quiditate: ꝛ de essentia nature specifice: nō est principiū indiuiduationis: qꝛ detur oppositum sequeretur ꝙ natura specifica esset idiuidua: sed per te mā est de q̄ditate rei specifice. ergo ꝛc. ❡ Ad hoc respondeť. ꝙ mā bm suū esse pōt comparari vel ad formā a qua bz esse: vel ad ipsꝫ generans a quo pducitur forma dans esse mãe. bm hoc materia bz duos gradus in esse: qui lꝫ sint vnū ꝛ idem in re: ꝛ ex natura rei: distinguunť tn̄ rōne: ꝛ ita esse materie pōt ꝯsiderari bm gradū: qui est a forma vel bm gradum qui est a generante: bm gradū qui est a forma. esse materie est cōicabile. bm gradum qui est a generante eius esse est esse incōicabile. bm primum graduꝫ ꝯstituit spēm. bm alium gradum constituit indiuiduum. ❡ Contra istam rnsionem instatur: materia ꝯstituit indiuiduū bm gradū qui est a gn̄ante: bm ꝙ talis gradus est in re: ꝛ ex natura rei: aliogn nō ꝯstitueret idiuiduū reale: qꝛ reale non ꝯstituiť nisi p illud qd̄ est in re: ꝛ ex nā rei: aut g̃ iste gradus in re est cōicabilis. aut incōicabilis: si cōicabilis. g̃ non pōt ꝯstituere idim: si icōicabilis nō poterit mā bm istum

gradū qui est in re constituere spēz: ꝛ ita materia nō erit pars spēi. ¶ Q. si tu dicas: ꝙ cōstituit ſm ꝙ ille gradus est a forma. ¶ Cōtra. q̄ro qd intelligis per istū gradū esse a forma: aut intelligis p̄cise ipm gradū esse in re: aut aliqd ꝯñs gradū: si p̄mō: arguit. vt prius. vz. ꝙ est cōicabilis: aut nō. ꝛ pcedit: vt prius. Aut si intelligis aliqd ꝯñs graduz: aut illud est rei: aut rōnis: si aliqd rei: aut tale est idē gradui: vt est a generante: aut nō: si dicas ꝙ non: ergo dabit distinctio realis in gradibus entitatiuis mãe: ꝛ ita in esse mãe vt mã est eēt distinctio realis: qd est falsuz. si vō dicis: ꝙ est idē gradui: vt est a generāte: ꝛ illud est icōicabile. g̃ ꝛ iste gradus vt est a forma. ¶ Q. si tu dicas nō sequit: q2 iste gradus vt a gñante distinguit a seipso vt est a forma distinctione rōnis. ¶ Cōtra. nulla habitudo rōnis hꝫ variare illud qd est in re. Sed iste gradus hꝫ ꝙ est in re est incōicabilis: vt prius. ergo nō ꝯstituit spēz ſm ꝙ est in re sed soluz per ꝯsiderationem intellē. ¶ Si vō des 2m principale: principalis diuisionis. s. ꝙ illud ꝯñs gradū est rōnis. g̃ mã ſm esse rōnis ꝛ per ꝯsiderationem intellectus est pars spēi: ꝛ nō vt in re. Item contra idē 2° si mã cū gradu vt est a forma ꝯstituit spēz. ergo mã vt sola rōne differens a gradu: qui est a generāte ꝯstituit spēz. pbat ꝯña. q2 mã vt est a forma nō distinguit a seipsa vt est a generante nisi per respectum rōnis: q2 mã vt est a forma nō distinguit a seipsa vt est a generante nisi p hoc ꝙ cōparat ab intellectu ad ipsam formam. Sed vtraqꝫ cōparatio tam ad formaz q̃z ad generans est respectu rōnis cū fiat ab intellectu. g̃ sequit ppositū ꝙ ipsa mã distincta a distinctione rōnis a seipsa vt est a gñante ꝯstituit spēm. ¶ Et ꝯfirmat hoc quādo dr mã vt sola rōne differens a gradu qui est a generante: aut hoc qd dicitur sola rōne differens importat rōnem formalez predicati vt sit sensus: mã per hoc qd est differre sola rōne a gradu qui est a generante constituit spēm. Aut per ly sola rōne differens: intelligit aliquid ꝯñs rōnem formalez predicati. vz. huius qd est constituere spēm. si p̄mo mō cuz hoc qd est differre sola rōne. nō importet nisi relationem rōnis: ergo mã vt est relatio rōnis constituit spēm. Si vero importatur per ly differre sola rōne. aliquid consequens rōnem formalem predicati. tunc quero de illo respectu cuius illud: vt dicit rationem consequentem hoc: non est nisi materia ſm se. ergo non ſm gradum aliquem distinctum distinctione rationis constituit. sed materia hꝫ

2a. ratio

propriuм esse qd hꝫ in re: qd est ppositū. ¶ Secunda rō principalis ad conclusionem primam est talis. Quicqd primo formaliter cōstituit in aliquo esse ꝛ in vnitate correspondenti tali esse se toto p̄mo repugnat ei diuidi diuisione opposita tali vnitati. Ita ꝙ circūscripto quocūqꝫ alio per possibile vel impossibile: quod est de intellectu illius constitutiui: manente solo intellectu eius formali non pōt tale diuidi diuisione opposita sue vnitati. (Ista ppositio assumpta pbatur exemplo ꝛ ratione: p̄mo sic. rationale primo ꝯstituit hoiem in esse rationali: ꝛ in vnitate specifica manente ipso rationali quocunqꝫ alio circunscripto: qd nō est de intellectu rationalis se toto repugnat rationali diuidi diuisione specifica que opponitur sue vnitati. Probatur hoc idez ratione: q2 esto ꝙ aliquid primo constituat aliquid aliud in esse formali ꝛ in vnitate correspondente tali esse. ꝛ non repugnet sibi se toto diuidi diuisione opposita sue vnitati. ex quo talis diuisio non repugnat ei se toto: si sibi repugnat aliquo modo: per aliud sibi repugnabit: sit illud aliud a. aut. n. a. se toto sic repugnat diuidi: aut per aliud. Si dicas ꝙ sic: habetur propositum: q2 istud a. erit illud per qd ipm constitutum primo constituitur in suo esse formali. si autem dicas ꝙ per aliud sibi repugnat: tunc quero de illo ꝛ sit illud b. ꝛ sic aut erit processus in infinitum: aut vbicunqꝫ stabitur illud erit vltimum per quod constitutum constituitur in suo esse primo ꝛ in vnitate correspondente tali esse ꝛ ei se toto repugnabit diuidi diuisione opposita tali vnitati. Habita ista maiore que nūc probata est assumo istam minorem) sed materia primo constituit indiuiduum in esse indiuiduale: ꝛ in vnitate eius. ergo materie repugnabit diuidi diuisione opposita vnitati numerali: ꝯñs est falsum: q2 materia diuiditur ꝛ numeratur in plura numero distincta. ergo aliqua premissarum est falsa. Non maior vt pbatū est. g̃ minor: q̄ est positio tua. Ad hoc rñdet: ꝙ mã constituit indiuiduū incōpletum. q2 solūmodo constituit q̃tum ad indiuisionē in se: sed nō quo ad diuisionem a quolibet alio. ¶ Sed contra: q2 si mã cōstituit indiuiduū: cōstituit ipm in vnitate numerali: q2 nihil pōt ꝯstituere aliquid in aliquo esse: nisi constituat illud in aliqua vnitate consequente esse cuz vnitas sit passio entis adequata. Sed per vnitatem vnūquodqꝫ est indistinctum a se. ꝛ distinctū a quolibet alio. ergo indiuiduum per vnitatem quā habet a mã distinguetur a quolibet alio. ¶ Et cōfirmat: q2 indiuiduū incōpletum ꝯstitutū per mãm aut addit aliquaz entitatē supra nãm specificam aut nō. nō est dicenduz ꝙ nō: quia tunc tale indiuiduū nihil esset p̄ter speciē: ꝛ ita nō esset indiuiduū aliquo mō. Si vero mã de se ꝯstituens indiuiduū addit ad nãm specificam aliquā entitatē. ergo ꝛ vnitatez. que vnitas nō erit specifica: sed numeralis. Sed per talē vnitatem numeralez. illud cuius est vnitas est indistinctum numeralr a se. ꝛ distinctū numeralr a quolibet alio. g̃ ppositū. ¶ Itē confirmatur hoc: q2 indiuiduū incōpletū per mãm: aut est cōicabile: aut incōicabile. ꝛ hoc loquēdo de cōicabilitate per identitatē alicui. cui cōicat ipm cōicabile. vel de icōicabilitate opposita cōicabilitati p identitatē. ꝛ est sensus. idiuiduū incōpletū aut est cōicabile alicui vt idē illi. aut icōicabile icōicabilitate opposita tali cōicabilitati. nō est dōm primum. s. ꝙ sit cōicabile: q2 tunc nō esset indiuiduū aliquo modo. ergo erit incōicabile alteri p identitatē. ergo erit nō idē illi: q2 qd ē sic incōicabile: ē nō idē illi respectu cuius ē incōicabile. Ex quo sequit. ꝙ si sit non idē illi. ergo erit diuersum ab illo: tenet ꝯña. q2 idem ꝛ diuersum sunt opposita imediata circa idē. ex. 10. meta: ꝛ a negatiōe vnius oppositi imediati ad positionē alterius: cum debito medio: valet argumentum: ꝛ ita sequitur ppositū. Vltimo accipio hoc indiuiduū incōpletum: aut ē aliqd preter sor. ꝛ quodlibet aliud indiuiduū. aut nihil. si nihil. ergo nulla res est: ꝛ per ꝯñs nō est aliqd: nec aliqua res. ꝛ ita tanq̃ figmentum ꝛ nihil relinquat. si aūt des ꝙ sit aliquid p̄ter sor. ꝛ extra ipm. ergo est aliqua res. ꝛ aliquod vnuz extra ipm sor. ꝛ p̄ter ipsum. Sed qd est aliquid vnum preter aliud: est distinctum ab illo: q2 distinctio immediate fundatur super vnitate rei. ꝛ est passio entis: ꝛ ita p ppositū. ¶ Vltima ratio ad principale: ꝙ mã non sit principiuz indiuiduationis est (ꝛ instat argumento consueto de duabus animabus. vt ipm ꝯfirmemus ꝛ declaremus.) Nam certuz est ꝙ aīa intellectiua prius natura est terminus creationis q̃z infundat corpori. Sed in isto priori est hec ꝛ singularis. ergo sua singularitas nō est a corpore. maior pbat. Tum q2 actio est singularis terminatiue: vt habetur primo meta. Tum etiam q2 priora ſm naturam sunt illa que contingunt esse sine alijs. ꝛ alia nō sine ipsis. vt est de mente Arist. 5. meta. ca. de priori. Ad quem modū prioritatis reducit omnes alios modos ibidez positos. ꝛ. 7. meta. hꝫ ipse. Esse substantie est p̄mum oīum entiū. Et subdit. Aliorum. n. nulluz est separabile a substantia. Ex quo concludit: ꝙ cum non repugnet anime esse sine corpore: ipsa nō solū ſm sbam: sed ſm existentiam ꝛ singularitatez est prior natura corpore ꝛ materia. Et in isto priori cū sit terminus creationis: sequit: ꝙ prius erit singularis ꝛ hec: q̃z infundatur corpori. vnde aīa nō pōt eē in re aliquo mō: aut in corpore sine sua singularitate vel existētia singulari. ¶ Sed ad hoc rñdet. aīa nō indiuiduat per corpus: neqꝫ per vnionē actualez ad corpus: sed per aptitudinez ad hoc corpus. ¶ Contra hoc multipliciter

primo

primo aptitudo non conuenit alicui: ⁊ repugnat alteri p se per illud qd̃ est cõe vtrisq;: sed necessario preexigit distinctionem illoꝝ: q2 detur oppositũ. Aptitudo sicut competeret vni: ita ⁊ alteri. Sed ita est: q aptitudo ad hoc corpus cõpetit anime a. ⁊ repugnat anime b. ergo anima a. distinguitur ab anima b distinctione precedente ipsam aptitudinẽ. ergo prima distinctio ipsarũ non est per aptitudines. ¶ Sc̃do. 2° aptitudo nõ est ens absolutũ: sed respectiuũ: quia rõ aptitudinis nõ põt esse aut itelligi sine termino. ergo est ens ad aliud: ⁊ nõ ad se: ⁊ ergo nõ absolutũ: sed absolutuz semper est prius respectiuo. ergo cuz sb̃a anime: in qua fundatur ipsa aptitudo sit absoluta: sequit̃ q erit prior q̃z sit ista aptitudo. Ex quo sequit̃ vlteri᷒ cuz ista aptitudo sit ens singulare: ⁊ ens singulare nõ potest fundari nisi in ente singulari. (q2 cũ fundamentuz sit cã fundari saltẽ mãlis in qua: ⁊ effectus singularis causa est singularis) q aĩa prius erit singularis: q̃z sibi aduẽiat ista aptitudo. ¶ Et confirmatur: q2 cã vt cã, nã precedit effectũ: sed ita est: q sb̃a aĩe est causa istius aptitudinis que est singularis. ergo in isto priori ipsa aĩa erit singularis. Probat̃ hec vltima ↄñia: q2 cõditio cause necessario requisita ad causandũ effectũ singularem est ipsa singularitas. ergo si aĩa causat aptitudinẽ singularẽ: in quocũq; signo intelligit̃ cã: intelligit̃ eẽ singularis. ¶ Itez 3°. ipsa aptitudo non est ens in actu: q2 qd̃ preexigit non ens: nõ est ens in actu. Aptitudo ꝑexigit nõ ens: q2 corp᷒ qd̃ non dũ est vel saltẽ potest intelligi nõ esse. ergo non est ens in actu. Sed ita est q h̃ aĩa est actu singularis singularitate absoluta: ⁊ in actu. ergo nõ est singularis per istã aptitudinẽ. ¶ Sc̃o. 4° aĩa nõ est ꝓpter corpus. ergo nõ distinguit̃ propter distinctionẽ corporis: aut habitudinis ad corp᷒: ↄñia est euidens: q2 sicut aliquid non est propter aliud: ita nõ distinguit̃ propter distinctionẽ eius: q2 vnũquodq; sicut se hz ad eẽ: sic se hz ad vnitatẽ ⁊ distinctionẽ ↄñtez eẽ: antecedẽs aũt apparet: q2 potı᷒ mã ẽ ꝓp formã: q̃z ecõtra. ¶ Et cõfirmat̃ hoc q2 Auerroys p̃mo de aĩa. cõmen. 53. mẽbra leonis nõ differunt a mẽbris cerui: nisi q2 anima differt ab anima. Et 2° de aĩa. cõmẽto. 60. melius, est eñ existimare: q distinctio formaruz sit cã in diuersitate mãe: q̃z q diuersitas mãe sit causa diuersitatis formarũ. ¶ Secũda ↄclusio principalis huius secundi arti. nulla sub̃a põt indiuiduari per aliqd̃ accidẽs. Probat̃ ista conclusio tripliciter. p̃mo sic. Nõ minus est possibile deũ cõseruare subaz sine quolibet accñte: q̃z ecõuerso. sed ipossibile est deuz cõseruare subam in re sine sua singularitate. ergo nullũ accidẽs est rõ singularitatis: in substantia maior ꝓbatur ẽt s̃m p̃hm: qui attribuit sub̃e rõnẽ entis p̃mi simplr̃ respectu alioꝝ. g̃ s̃m ip̃m si est possibile ens posterius simplr̃ eẽ sine ente p̃ori simplr̃: multo magis concedet: q ens prius põt eẽ sine posteriori: minor est euidẽs: q2 nihil est in re ⁊ in effectu nisi sit singulare. ¶ Itẽ sc̃do arguit̃. sb̃a est p̃mũ ens. cognitione diffinitione: ⁊ tp̃e. g̃ p̃ma suba que est ꝑfectissima sb̃a sic ẽ simplr̃ p̃᷒ respectu oium alioꝝ: ↄñia est euidens: q2 sicut simplr̃ ad simpliciter: ita maximũ ad maximũ. sed p̃᷒ sb̃a nõ est nisi sb̃a singularis: sicut pz p Ar. in p̃dicamẽtis. ergo ista p̃cedit triplici p̃mitate quodlibet accñs. ¶ Sc̃o. Confirmat̃. h̃ subm recipiẽs sc̃dam ꝑfectionẽ: vt subm nã p̃cedit illam sc̃dam ꝑfectionẽ. g̃ nõ ↄstituit̃ in suo esse p illã sc̃daz perfectionẽ: q2 tũc posterius cõstitueret in esse suũ p̃us. ¶ Q: si tu dicas q posteri᷒ nõ cõstitunt p̃us in eẽ: sed bñ in singularitate seu in eẽ singulari. ¶ Cõtra. subm vt subm alicuius accñtis singularis de necessitate est singulare: cum sit cã mãlis ipsi᷒ accñtis. g̃ nõ tm̃ p̃cedit accñs in eẽ: verũ ẽt in singularitate. vñ arguit̃ sic. sicut cã i suo eẽ p̃supponit̃ ad cãndũ effectũ: ita p̃supponit̃ q̃ztũ ad oẽm conditionẽ necessario reqsitã ad cãndũ ip̃m effectũ: s3 singularitas ẽ h̃ȯ conditio ꝓpterea: q2 actiões sũt singularũ nõ solũ terminatiue: sic q terminẽt̃ ad singulare: s3 ẽt elicitiue: seu p̃ncipatiue sic q p̃ncipient̃ a singularibus. g̃ cũ subz sit cã accñtis mãlis in qua: ⁊ ẽt q2 ↄseruat ip̃m: sequit̃ q nõ tm̃ tũ p̃supponit̃ in eẽ: verũ ẽt in esse singulari. ¶ Item 3° ad istã ↄñẽ arguit̃ sic. In quolibet gñe per se est indiuiduũ: circũscripto quocũq; alio: igit̃ ⁊ rõ idiuidualis est per se in quolibet gñe. ↄñia pz: q2 indiuiduũ nõ est sine ratiõe indiuiduali: antecedẽs aũt ↄ̃claratur tripl̃r. p̃mo sic. i quolibet gñe per se dat̃ p̃mũ predicabile. igit̃ ⁊ vltimũ subijcibile. tenet ista ↄñia: q2 p̃dicabile ⁊ subijcibile sunt correlatiua. g̃ si dat̃ primitas ex pte vni᷒: dabit̃ primitas ex pte alteri᷒: qm̃ ista extrema debent eẽ ad seinuicem ꝓportionata. Sed primũ subijcibile nõ est sp̃ẽs sp̃alissima: q2 ista est cõicabilis pluribus: vt patet ex diffone ipsius. Illud aũt qd̃ est cõicabile vel diuisibile in plures ptes subiectiuas nõ est primũ subm: ex quo aliqd̃ alterũ ei subijcit̃: vt pars subiectiua. g̃ p̃mũ subijcibile erit ip̃m indiuiduum. ¶ Et cõfirmat̃ hoc: q2 sp̃ẽs per se p̃dicat̃ de indiuiduis: ⁊ includit̃ in ipsis per se. ergo quodlibet idiuiduum erit vnũ per se: q2 detur oppositũ. g̃ erit vnũ per accidens. Sed eo mõ quo aliqd̃ est vnũ: eo mõ recipit p̃dicationẽ alterius. ergo sp̃ẽs tm̃ per accidẽs predicaret̃ de indiuiduo. ¶ Sc̃do ꝓbatur idẽ antecedẽs: q2 sp̃ẽs l3 per se p̃mo referat̃ ad genus: tñ per se nõ p̃mo refert̃ ad indiuidua: ⁊ per se respicit ipsa: sed ordo per se ⁊ essentialis non est nisi ad ens per se. ergo indiuidua ad que refert̃ species sunt entia per se. ergo nõ indiuiduant per aliqd̃ accidẽs. Sed ita est q in genere substãtie est per se sp̃ẽs. ergo ibi erũt idiuidua per se. ¶ Et ↄfirmat̃ hoc. primũ ⁊ perfectissimũ esse in genere substãtie nõ est eẽ p accidẽs: sed prima substãtia que est indiuiduũ hz esse primũ ⁊ perfectissimũ in tali genere. ergo nõ est talis per aliquod accidens. Antecedẽs huius vltime ↄñie pro minori patet p Aristo. in predicamẽto sub̃e. ¶ Tertio ꝓbatur idẽ antecedens: q2 coordinationes p̃dicamẽtoꝝ sunt primo diuerse vel saltẽ impermixte: ita q nihil vnius est aliqd alterius ergo qd̃ est in ordinatione p̃ni᷒ substãtie: non includit aliquid alterius p̃ni᷒. indiuiduũ est h᷒. ergo ⁊c̃. ¶ Q: si tu dicas. q indiuiduũ existens in p̃dicamẽto substãtie ẽ incõpletũ. ¶ Cõtra hoc argutũ est supius: ⁊ arguit̃ nũc sp̃aliter dupl̃r. p̃ sic. Nã tale idiuiduũ aut dicit p̃cise naturã specificã: aut aliqd aliud supra nãm specificã. Nõ ẽ dandũ primũ: q2 tũc idiuiduũ, nõ eẽt idiuiduũ: q2 indiuiduũ dr̃ esse illud qd̃ nõ diuidit̃ in plura. vñ idiuiduũ dr̃: quasi nõ diuiduũ: sed sp̃ẽs ipsa ẽ per se cõicabilis ⁊ diuisibilis in plura: qd̃ p se patet q2 ex nã sua intrinseca. indiuiduum aũt nõ est ex nã sua diuisibile. ergo sequit̃ q idiuiduuz p se exñs in predicamẽto nõ est p̃cise ipsa sp̃ẽs. Si autẽ det̃ 2ᵐ q indiuiduũ incõpletũ aliquid addit supra nãm specificã: aut illud cõpetit nature specifice per se: aut p accidens. Si per se: habetur intentũ. Si per accidens: arguitur vt prius. ¶ Sc̃o. 2° omnis natura que est simplr̃ indiuisibilis ⁊ incõicabilis pluribus in istis iferiorib᷒: est complete indi᷒: q2 nulla rõ videt̃ esse indiuidui incõpletũ indiᵐ est in istis inferiorib᷒: nisi rõ indiuisibilis simplr̃ ⁊ incõicabilis plurib᷒: sed indiuiduum per se exñs in genere: vt aliquid addit supra sp̃ẽm: est sic incõicabile ⁊ indiuisibile. ergo est indiuiduũ completũ. ¶ Et cõfirmat̃ hoc. illa entitas que additur supra naturã specificam: aut est cõicabilis: aut incõicabilis. Non cõicabilis: vt tu etiã concedis: ergo incõicabilis: ergo cõstituet naturã in esse icõicabili. ergo constituet in esse idiuiduali completo: q2 nihil aliud requirit̃ ad hoc: q natura sit indiuidua. ¶ Tertia conclusio ⁊ vltima articuli secundi est ista. Quãtitas non põt esse p̃ncipiũ indiuiduationis: ꝓbatur ista cõclusio octupliciter. Et primo sic. Nam si sic aut erit quantitas interminata: aut terminata. Non interminata. Tum q2 ista est in diuersis indiuiduis: vt est de mente Cõmẽ. i de sb̃a orbis. Illud autẽ qd̃ sic est in diuersis indiuiduis: non põt eẽ prin̄ᵐ indiuiduationis: vt p se pz. Tum etiã q2 quãtitas interminata p̃cedit formã in mã: qd̃ autẽ sic p̃cedit formã: p̃cedit indiuiduũ ↄstitutũ p formam. Rõ

autem indiuidualis simul est cum ipso idiuiduo. q̄re ⁊c.
Nec ꝓt dici: ꝙ q̄titas terminata. primo quia ista seq-
tur formam in mā. sed ſm ponentes q̄titatē eē p̄n^m indi
uiduationis: q̄titas induiduās precedit formā: vt faci-
ens mām distinctam ab alia mā ⁊ capacē forme distin-
cte: quia forma non distinguitur a forma ſʒ istos: nisi q̄
recipitur in distincta mā: que distinctio fit per q̄ntitatē.
Secundo ēt apparet propositū: quia q̄titas terminata
variatur per rarefactionem ⁊ condensationem nulla fa-
cta mutatione in ſba rei ergo idem manens ſbaliter mu
tare ab vna singularitate in aliā. ¶ Hoc idē ꝯfirmat p
Aui. 3. meta. sue. qui vult q̄titatē mutari per diuersam
figurationē. ¶ Scḋo pncipal. ad eandē ꝯnē arguit quē
admodū argutū est superius ꝯ opinionē imediate ꝓcedē
tē: ex hoc ꝙ ſba est prior nā q̄titate: qḋ nō tm̄ hʒ intelligi
de ſba que est deus. sed de ſba que est p^m diuidētū ens:
q: Ar. 7. meta. eo mō ꝓbat ſbam eē primā: quō ꝓbat esse
vnū diuidentiū ipſi^o entis: q: ibi tractat de ordine eorū
que diuidūt ipm ens: ⁊ pertractādo de ſba: videt vt inqt
ipse ptractari de oibus alijs entib^9. Ex quo vī loq de ſba
ſm toti genus sube. ¶ Ꝯ. si tu dicas (vt dictū est prius
de accnte) ꝙ prima ſba est prior q̄titate terminata i eēn
do: nō aūt in diuidēdo: q: q̄titas est rō distinguēdi vnū
indiuiduū ab alio: sed nō est rō eēndi. ¶ Contra istā rñsio
nē instat: ꝓpterea: q: isto rñsio seipsum destruit. si enī p^a
suba est prior in eēndo ipsa q̄titate: ⁊ p^a suba non ꝓt in
telligi esse p^a suba: nisi inq̄tū hec. ḡ sequit propositum.
¶ Itē. arguit: forma ē prior cōposito ex. 7. meta. tex. cō. 7.
Igit vel q̄titas erit prior p̄ma suba: vt suba p^a est ⁊ vel si
nō est sic p̄or: nō erit forma in eēndo: respectu p̄me sube
vt p^a est. Sed qḋ nō est forma in eēndo: nō ē forma i vni-
tate ꝯnte eē: ⁊ qḋ nō ē sic forma q̄tū ad vnitatē: nō ē for
ma q̄tū ad distinctionē: que est passio vnitatis. ḡ quāti
tas nō erit forma ⁊ p̄n^m distinguēdi. Assumptū ꝓbat: de
vnitate ꝯnte esse: q: a quocūq res hʒ eē: hʒ vnitatē ꝯntē
esse: ⁊ nulla alia ē cā vnitatis nisi ipsa entitas rei: ex quo
habet prima ps minoris: sed ꝙ suba tpe ꝓcedat q̄titatē:
aut possit precedere ꝓbat: pter ea que dicta sūt. ex aucte
Ar. in. 7. meta. Nā certū est: ꝙ deus ꝓt creare ſbā pa-
nis sine q̄titate: q: si q̄titatē ꝓt creare sine suba: mul-
to magis ecōuerso vt argutū est supius. Et tūc sequitur:
ꝙ panis creatus tpe ꝓcedit q̄titatē: ⁊ ita sequit proposi
tum. ¶ Ad hoc ꝓt dici: ꝙ deus ꝓt creare q̄titatem si
ne suba: vt patet in sacro altaris: ⁊ postmodū creare aliā
subam ⁊ eā efficere q̄titate ꝯseruata. Ex hac rñsione se-
quunt aliqua que sapiunt heresim in theo^a. vʒ. ꝙ aliqs
panis idem numero nō trāsubstātiatus erit idē indiuidu
um numero cū pane trāsubstātiato: ⁊ ita idē numero p̄-
cise erit trāsubstātiatū ⁊ nō trāsubatum. ¶ Sequit 2° ꝙ
null^9 panis singularis in eucharistia erit trāsubat^9. ꝯña
ꝓbatur. Nā certum est ꝙ nullū singulare transubatur in
aliud: nisi singularitas transubetur in singularitatē alte-
rius (q: sicut suba nō transubatur in subam. nisi cui^9 desi
tioni succedit esse alterius: sic singulare nō trāsubstātiat
in singulare: nisi cuius desitioni singularitatis succedit
alia singularitas.) Sed ita est: ꝙ cū panis trāsubstātiat
esse individuali: non magis q̄ntitas erit p̄n^m divisionis et individuationis: q̄z alia accñtia. Rñdetur negādo ꝯñaz: q2 cum q̄ntitas sit p̄^m ens iter oīa accñtia: qd̄ immediate inest sb̄e: p̄ius sb̄a accñtaliter iduiduabit per q̄ntitatē q̄z per alia accñtia: et sic etiā p̄a° erit p̄n^m divisionis. ¶Ad 4^m arg^m cū dī ꝙ oēs dr̄ie iduiduabiles per se cōtinent in spē que dividit: transeat ista: et cum isert ꝙ spēs per se dividit in isinita ꝯceditur etiā hoc ꝯñs: et ad iprobationem ipsius: ꝙ spēs est athoma et idivisibilis: ꝯceditur ꝙ est athoma: hoc est idivisibilis divisione opposita divisioni quiditative: sed nō opposita divisiōi simplr̄. Quia nullus h3 negare qd̄ spēs non dividat in idividua de quibus predicat per se: et in p̄mo° et per hoc apparet etiā ad illud Plato ꝙ sistendū est in divisione spēi spālissime in arte et scientia: q2 solū in arte ꝯsiderantur predicata que faciunt ad specialē ordinē p̄dicationis essentialis: et que possunt dicere propter qd respectu passionis scibilis de sb̄to: qualr̄ nō reperit in descensu spēi ad idividua: q2 in spē terminat oīs ordo essentialis eoꝝ p̄dicabiliū que faciunt ad sciam h̄ndam de aliquo sb̄o scibili queadmodū dictū est superius. ¶Ad Ar.10.metaph.dictū est supra. ꝯ solutionē p̄ncipalē. ¶Ad 5^m rñdet p̄ p̄mittendo: ꝙ esse capit duobus modis: et silr̄ essentia. Uno° prout est illud quo aliqd p̄mo recedit a nō eē: et ē ex̄ itellectū et po^{em} sue cause. isto mō qd̄libet ens qd̄ est p̄ter actum itellect° sive sit totū sive pars habet esse. Alio° accipit esse pro actu ultimo rei cui nō advenit ulterior actus sic ꝙ nō est alteri ratio essendi. Et isto mō nulla pars intrinseca alicui° vel quasi pars dr̄ h̄re esse: sed solū illud qd̄ est in actu ultimate cōpleto. Ex quo sequit ꝙ (cū unūqd̄q3 sicut h3 eē: ita h3 eēntiaz) nō solū ꝯstitutū per aliqua ꝯstituentia h3 esse et essentiā: verū etiā ipsa cōstituentia. Esse etiā ultra hoc qd̄ dictū est capitur pro exñtia vel subsistētia rei. que est modus intrinsecus utriusq3 esse p̄ mō et scd̄o mō sumpti. posterior nā quolibet ipsoꝝ. ¶Scd̄o p̄mittit. ꝙ essentia quedā est q̄ditativa: et est illa cui nō repugnat: ꝯdictione pluribus cōicari sive sit totalis sive partialis rei. Alio° capit eēntia pro eēntia idividuali cui essentie repugnat pluribꝰ cōicari: que eēntia idividualis pōt accipi vel pro essentia totali idividui: vel pro ꝯstituēte ipm in eē individuali. ¶Ex his rñdet ad arg^m ꝯcedendo ꝙ dr̄ia individualis est formalr̄ eēntia: et ē ꝯstitutive: q2 ꝯstituit unaz eēntiā idividualē per se. Et cū tu isers. ḡ dr̄ia idividualis facit differre essentialr̄. si tu itelligas essentialr̄ q̄ditative nego ꝯñam: q2 dr̄ia talis est p̄ diversa ab omni q̄ditate. ut dictū est. Si tu itelligas essentialr̄. idividualiter: ꝯcedo: et ulterius ꝙ sic facit differre accñtalr̄. ut distinguitur ꝯtra differre eēntiale q̄ditativū. Conceditur etiam ꝙ facit differre accidentalr̄: q2 talis dr̄ia nō ponit aliquē ordinē eēntialem in nā: que ꝯstituitur et dividit per ipsam: queadmodū dictum est superius. ¶Ad 6^m et penultimū rñdetur: ꝙ proprietas individualis competit singulari per se in primo°: et cum tu isers. ergo q̄ditative cōpetit ei: nego arg^m. Unde predicatio in p̄mo° nō solū est q̄ñ p̄dicatum iportat q̄ditatē sb̄ti: vel partē q̄ditatis. Verū etiā quādo rō p̄dicati icludit intrinsece et formalr̄ in rōne sb̄ti: sicut pars essentialis ipsius: vel q̄si pars: et hoc sive illud p̄dicatum sit q̄ditas: vel primo diversum a q̄ditate: sicut est entitas idividualis. ¶Q: si tu dicas: ꝙ primus modus est q̄ñ diffinitio predicat de diffinito: vel pars diffōnis. rñdetur ꝙ extendendo nomē diffōnis ad quamcunq3 rationem exp̄mentē eēntialia intrinseca rei: ꝓpositio Ar. h3 veritatem. Sed si accipiatur diffō solum pro rōne q̄ditativa exprimēte q̄ditatem diffiniti: vel partem q̄ditatis. nō est verum ꝙ solum illa predicatio sit per se in primo modo: in qua sic predicatur diffinitio de diffinito. ergo &c. ¶Pro quo est notandum: ꝙ si aliqua ratio possit exprimere quicqd convenit ad entitatem idividui: non tamē illa rō erit perfecta diffinitio: q2 nō exprimit quod quid erat esse. Et s̄m p̄hm primo thopi. Diffinitio est ex primens quiditatem rei. Et ideo ꝯcedo ꝙ singulare nō est diffinibile diffōne alia a diffōne spēi: et tamē est per se ens addens aliq̄z entitatē entitati spēi: sed illa per se entitas quā addit. nō est entitas q̄ditativa: et sicut nō h3 ipm singulare ꝓpriam diffonem eo mō quo dictū est: ita non h3 aliq̄z passionem: sed tm̄ passiones spēi: et ita eius non est demr̄atio: neq3 scia alia a scia spēi. ¶Ad ultimū rñdet ꝯcedendo ꝙ ꝓnomen demr̄ativū: qd̄ nihil demr̄at cassum est et vanum. Et dico ꝙ ꝓprietas idividualis est hecheitas in predicatione denoīativa. Qm̄ hecheitas est scd̄a itentio: que nō predicat de p̄ma: nisi denoīative et a posteriori. Et cum tu dicis. ipsum demōstratuz: aut est idividuū: aut non. dr̄ ꝙ hecheitas in abstracto nō demōstrat totū idividuū: sed partem eēntialē ipsius: illam. v3. que est ultimatū ꝯstitutivū ipsius. i. ꝓprietatē idividualem: puta sorteitatē vel platoneitatē. Si tm̄ accipiatur hecheitas in ꝯcreto demōstrat ipsum idividuum totuz. Et cum tu dicis: ḡ hecheitas nō ꝯstituit ipsum idividuuz: s3 advenit p̄constituto. Rñdetur qd̄ hecheitas ut est scd̄a itentio nō ꝯstituit idividuū: sed illud qd̄ est denoīatū ab hecheitate ultimate et partialr̄ ꝯstituit: q2 idividuū non tm̄ ꝯstituit ex ꝓprietate idividuali: verūetiam ex nā specifica penes quā h3 esse q̄ditativū: et s̄m hoc dixit Porphirius: ꝙ species dicit totam q̄ditatem idividuorum. Ex ꝓprietate autem idividuali habet esse idividuale primo diversum ab omni quiditate.

¶Scd̄m se vero dr̄ q̄cūq3 significant figuras p̄dicatiōis: quotiēs. n. dr̄ toties eē significat. Tex. cō. xiiij. Q. ō. vj.



Utrum ꝯcurrens meus. 7. metaph. pro tractat māz de eē et eēntia determinādo ipsam ꝯ doct. subti. iō ꝯ ipsuz movet hec q̄o. ¶Utrū esse et eēntia distinguātur realr̄. ¶Et arguit p̄ ꝙ sic auctībꝰ. et 2° rōnibus. p̄ma auct̄as est Ar. 2° posteriorū dicentis: ꝙ eē nō est sb̄a rei. Ex hoc arguit sic. Illa distinguuntur realr̄: quoꝝ unum nō est aliud realiter: s3 esse nō est eēntia realr̄. ḡ &c. Maior est nota: et minor probat. Aliqua essentia est sb̄a: sed nullum eē est sb̄a. ergo nullū eē est essentia. Scd̄a auctoritas est Avi. 5. metaphy. cap. p̄. ubi h3 ꝙ eē accidit enti: in eo ꝙ nō est necesse eē. Ex hoc arguitur sic. illud qd̄ accidit alicui nō est illud realiter cui accidit: sed ita est ꝙ eē accidit essentie in eo ꝙ non est necesse eē. ergo relinquitur: ꝙ eē nō est essentia. ¶Tertia auct̄as est Algaçelis in logyca sua: et eandē sniaz h3 Illarius. 10° de trini. quā etiā approbat Boeti° in lib. de hebdomadibus: ubi vult: ꝙ diversum est eē: et illud qd̄ est. ¶Ex secunda via probat etiā rōne p̄mo sic. Illud qd̄ est indifferens ad aliud distinguit realr̄ ab illo sed eēntia est indifferens ad eē: et ad suum oppositum. s. ad non eē ergo essentia distinguitur realiter ab eē. maior nota: q2 quod est indifferēs ad opposita non includit aliquod istoꝝ realiter: et eēntialiter. minor autē de se patet. Illam eēntia potest h̄re eē et non esse. Sicut essentia rose in hyeme non habet eē: et in estate habet eē. ḡ &c. ¶Item scd̄o oīs creatura est cōposita ex actu et po° realr̄. igitur actus et po^a in creatura distinguunt realiter: sed essentia est potentia respectu eē: et eē est actus. ergo &c. ¶Et confirmatur: q2 creatura est possis eē: sed quodlib3 tale h3 potentiā et actum realiter distincta: q2 ex quo est in potētia nō est purum nihil. et ex quo recipit esse ab agente includit actum: et ista duo se habent sicut res et res. igitur &c. ¶Item 3° arguit. Qd̄ h3 eē ex alio distinguit realiter ab eo: qd̄ cōpetit rei ex se: sed ita est ꝙ eēntia rei cōpetit rei ex se. eē autē ab alio: q2 ab efficiēte. ergo eēntia distinguit ab esse realiter minor ꝓbat. circūscripto omni efficiente. et omni extrinseco ab hoīe: hō est hō: et hō est aīal: sed hō nō pōt eē circunscripto efficiente. ergo sequit propositū.

¶Item 4°

¶ Item quarto arguitur. Omne esse per se subsistens est infinitū: ʒ nulla creatura est infinita. ergo nulla creatura hʒ eē p se subsistēs: ʒ illud esse qd̓ nō est per se subsistēs: est in alio receptuʒ: ergo eē creature distinguit̄ realr̄ ab eo in quo recipit̄: ʒ recipit̄ in essentia rei. ergo distinguit̄ realr̄ ab essentia rei. maior probatur: q: sicut albedo si esset per se subsistens nulli inherens: includeret totā pfectionem possibilē cōpetere albedini: ⁊ esset īfinita in tali nā: sic dicendum est de sbā: ⁊ de eē sbali: q si esset in se: ⁊ p se subsistens: īcluderet pfectionē cuiuscūq; eē. ⁊ ita eēt infinituʒ. ¶ Itē 5° arguit̄. Nullū eē subsistens est creatū: oē eē creature est creatū. ḡ nullū eē creature est subsistēs. Discursus bon⁹. maior pbat̄. Nā esse subsistēti cōpetūt nobilissime ꝯditiones entis: sicut sunt eē pmū ens eē neċe eē: ⁊ independēs: q: tale eē subsistens est nobilissimum esse. Ex ista maiori cuʒ aliis ꝓpōnib⁹ assumptis: que sunt de se euidētes: sequit̄ ꝯclusio itenta: ⁊ nulluʒ esse creature sit esse subsistens. Et tunc vltra. Nullum esse creature est subsistens. ergo est receptuʒ in alio. Sed omne receptum distinguit̄ realiter a recipiente. ergo esse creature distinguit̄ realiter ab eo in quo recipit̄: sed recipit̄ in essentia: sicut actus vltimus ⁊ completiuus essentie. ergo ⁊c.

Ad oppositū tñ arguit̄. Cōmen. 4. metaph. cō. 3° hʒ: q ens ⁊ vnū significant eādem nām ⁊ essentiā: ⁊ nō distinguunt̄ realr̄. Idē enim ſm ipsuʒ ⁊ Aris. est ens: ⁊ hō. homo importat essentiam: ens ipsum esse. ergo esse ⁊ essentia sunt idem.

In ista. q. sunt quatuor articuli. In pmo recitabit̄ opi. Thomistarum ⁊ impugnabit̄. ¶ In 2° ponent̄ quedā necia pro via Doct. subti. in hac materia. ¶ In 3° ponet̄ opi. Doct. subti. ¶ In quarto respondebitur ad argumenta in pnci. q.

Quātū ad pmū articulū. Est opi. Thomistarū q esse ⁊ essentia in oib⁹ citra deū differūt realr̄: ita q eē est act⁹ p se vltim⁹ eētie: ⁊ pfectio eius. ⁊ ita sit vera cōpositio ⁊ realis ex esse ⁊ eētia ⁊ cū eētia sit per se po⁹ respectu eē: in oib⁹ est cōpositio ex actu ⁊ po⁹. Fundamēta istius positionis sunt tacta arguēdo ad parteʒ affirmatiuam qonis. Tum q: eētia est indifferēs ad eē ⁊ nō esse: pp quā indifferētiā ꝯcludit̄ etiā distinctio realis. Tum q: esse recipit̄ in eētia: sicut per se actus in per se potētia. ⁊ recipiens ⁊ receptum distinguuntur realiter.

Sed ꝯtra istam positionē instat̄ octo mediis: ⁊ pmo arguit̄ ꝯtra fundamētuʒ acceptuʒ ex parte indifferētie sic. Manēte eadē rōne: manet ideʒ effectus. Sed tota ratio quare ponit̄ ab istis eētiam differre ab esse: est ꝓpter indifferētiā eētie ad esse: ⁊ ad nō esse. Nam vt dicunt. lapis est in potētia vt sit: ⁊ vt nō sit. ergo vbi talis indifferentia inuenit̄ ibi ponēda est talis distinctio: ʒ ita est q est cōsimilis indifferentia esse ad esse ⁊ nō esse. Esse enim rose in hyeme nō est: in vere est. Consimilis etiā indifferētia est eētie ad eētiam ⁊ nō essentiam. Eētia enim creature ab eterno nō est eētia (nisi ponas eētias eternas modo platonico.) Eētia auteʒ creature est essentia post creationeʒ. ergo esse differt realiter ab esse: ⁊ essentia ab essentia: quod est ridiculosum dicere. ¶ Et cōfirmat̄ qt̄ū ad hoc q essentia rei create nō sit ab eterno: q: eternitas ⁊ duratio sunt ꝯditiones rei existentis. Eternitas enim est existentia interminabilis vite ſm Boetiū: sed essentia creature, non existit ab eterno. ergo ⁊c̄. ¶ Confirmatur secūdo. Quia si essentia creature haberet esse ab eterno: creatura nō posset de nouo creari: q: creatio creature non esset de simpliciter nihilo sui. Ex quibus sequitur: q in creatura nō solum erit compositio ex esse ⁊ essentia. verūetiam ex esse cum esse: ⁊ ex essentia cum essentia. ¶ Itē. secūdo arguit̄ sic. Realitas rei non differt a re: ⁊ nec facit realem cōpositionem cum ipsa. (Dicere enim q aliquid cōponit̄ cum sua realitate videtur ridiculum.) Sed actualitas rei ⁊ esse rei nihil aliud est q̄ʒ realitas rei. (Qd̓ pʒ: q: nihil aliud est dicere rem esse actualiter: q̄ʒ esse realiter: ⁊ hr̄e esse nihil aliud est q̄ʒ hr̄e realitateʒ: sicut nihil aliud est dicere: rem nō esse: q̄ʒ rem nō hr̄e realitatē.) ergo esse nullā realē cōpōnē facit cuʒ essentia. ¶ Itē. 3°. Dicere q hō verus cōponat̄ cum sua veritate: vel hō affirmatus cum sua affirmatione: nō vr̄ bn̄ intelligibile. Cum igit̄ rei actualitas. ⁊ per ꝯn̄s esse: non sit aliud q̄ʒ positio veritatis: ⁊ affirmatio rei. (Res. n. i po⁹ nō est res vera simplr̄: ʒ est res diminuta. vt apparet. 9. metaph.) impoſe est q esse faciat cōpōnem cū essentia. vel q ab ipsa realiter distinguat̄. ¶ Itē. 4° esse ⁊ eētia: hūt eandē ꝯtradictioneʒ. Nihil enim puat est: qd̓ nō puet eētiaʒ: nec est aliud nihil qd̓ puet eētiaʒ a nihilo puante eē: quare ⁊ affirmatio erit eadē. ergo est ideʒ eē ⁊ eētia. ¶ Itē. quinto act⁹ ⁊ potētia diuidunt ens: sicut conditio distrahēs ⁊ pficiens: quēadmodū si diceres: q homo viuus ⁊ homo mortuus diuidunt hoiem ipsum. Licet nō sit oīmoda similitudo. sicut ergo licet inferre: hō mortuus. ergo nō hō simpliciter: sic lʒ inferre. Ens in po⁹. ergo non ens simplr̄. sil̄r lapis in po⁹. ergo non lapis simplr̄. Econtra aūt sequit̄. Lapis in actu. ergo lapis simplr̄: sicut sequit̄: hō viu⁹. ergo hō simplr̄. sicut ergo hō viuus nō facit cōpositionem cuʒ hoie: sed excludit distractionē ei⁹. ⁊ affirmat ipm esse simplr̄ sic actualitas ad lapidem nō ponit cōpositioneʒ: sed affirmat lapidem simplr̄: quem potentia distrahebat aliquo mō. Actualitas igitur rei quā importat existere vl̄ esse: nullā distinctionem realem vel cōpositionē facit cuʒ lapide qui nominat essentiam: sic nec reʒ esse simpliciter: facit cōpositionē realem ad illam rem. Et hec ratio fundatur in dicto cōmen. 9. metaph. cōmen. 7. dicit enim q essentie que non sunt extra animā: nō dicunt̄ eē simplr̄: ʒ dicunt̄ esse in anima appetitiua aut cognoscitiua. Illud enim qd̓ est in potētia nō dr̄ eē: q: entia in ꝓprio aspectu sunt illa que sunt in actu ⁊ induxit hoc Ar. ad declarandum causam latentie ꝓpter quaʒ hoc nomē ens nō dicit̄ simpliciter apud vulgus de eo qd̓ est in potētia: ⁊ si sit in anima in actu. Hec Cōmentator. Ex quo sequit̄: q nullā cōpositionem ponit esse in actu: sed excludit distractiones: diminutionē: ⁊ imperfectionem rei: ⁊ ponit eaʒ in eē simplr̄. ¶ Item sexto arguit̄. Si essentia cōponitur cum esse: ⁊ distinguit̄ realiter ab ipso esse: aut est sbā: aut est accidens. si dicas q est accidens. ergo ex eē ⁊ eētia sit vnū per accidens saltem in substantiis. Quod est contra ponentes istam opi. ⁊ contra veritatem: si dicas q est substantia: aut est materia: aut forma: aut cōpositū: sed nullum istoꝝ. est ergo relinquit̄: q eē nō est substantia: ⁊ per ꝯsequens non facit cōpositionē substantialē cum eētia. ¶ Quod si tu dicas: q eē est substantia: ⁊ neges diuisionem istam substantie in tria membra dicendo: q ista diuisio ē eorum que sunt in gn̄e: modo eē non est p se in gn̄e. ¶ Cōtra. materia ⁊ forma non sunt p se in gn̄e: sed reductiue: ergo similiter poterit dici de eē: quia omne quod est substantia (qualitercunq; est substantia citra deum) est p se aut reductiue in gn̄e substantie. Esse non est p se in gn̄e (vt tu dicis.) ergo erit reductiue. Sed cōtra. quod est reductiue in gn̄e reponit̄ vt pn̄m ipsius: ʒ eē nō ē principiū gn̄is substantie. (q: tale pn̄m ē materia vel forma sbalis: vel agens substantiale. quod ē compositum.) ergo eē nullo mō poterit poni in gn̄e substantie. vt pn̄m. ¶ Quod si tu dicas: q eē lʒ nō sit pn̄m quo aliquid existit in gn̄e substātie. ē tn̄ pn̄m quo aliquid simplr̄ existit. ¶ Contra omne quod ponitur in gn̄e vt pn̄m illius: est illud quo aliquid existit vt in tali gn̄e (sicut apparet discurrēdo per omnia pn̄a generū.) sed eē vt tu dicis non est illud quo aliquid existit: vt in gn̄e substantie. ergo nō pōt poni vt pn̄cipiū eius: ⁊ per ꝯn̄s nō poterit eē in tali gn̄e reductiue. Neq; est in gn̄e p se. ergo erit nihil ⁊ vnum chimericū. ponēdo ipsum realr̄ distinctū ab eētia. ¶ Item arguitur 7°. Dato q eētia ⁊ eē distinguerētur realr̄: ⁊ etiā eēt actus eētie: sequeretur: q in qualibet gn̄atione eēnt duo termini totales: ⁊ duo formales. ꝯn̄s ē falsuʒ. ergo an̄s. ꝯsequētia

pbaf psupponendo duo: quoꝝ pmū est φ cōpositū p se
vnū fit ex per se actu: ꝛ p se po. hoc vult Ar. 8. metaph.
vbi nullā aliam rōnem assignat: quare cōpositū sbale est
per se vnū: nisi q: materia est per se po: ꝛ for sbalis est p
se actus. Scdo psupponit: φ essentia est per se po respe
ctu esse: ꝛ esse est per se act essentie. Ex hoc ꝯcludit ppo
situꝫ: φ illud qd ꝯstituit ex essentia ꝛ esse: erit per se vnū.
Quo dato: sequit φ erūt duo cōposita hntia per se vni-
tatem: quoꝝ vnū erit cōpositū ex mā ꝛ forma sbali: alte-
rum erit ex essentia ꝛ esse: ꝫ vnūqdqꝫ cōpositū p se vnum
natū est esse terminus totalis alicuius actionis. ergo in
generatione sbali erunt duo termini totales: ꝛ etiaꝫ duo
termini formales: quoꝝ vnus erit esse: ꝛ alter forma sba-
lis. Quod probatur: q: ille est terminus formalis gñatio-
nis quo aliqd gñatur: ꝫ ita est: φ esse ꝛ forma sbalis sunt
hmōi. ergo ꝛc. Probaf minor. eo mō quo aliqd est rō eēndi:
eo est ratio gñandi: sed rō essendi est ipm esse. ergo erit ēt
rō gñandi. Uel potest formari ista ratio sic. Eo quo ali-
quid gñatur: eo est. si p te ipm cōpositū nō gñat per eē:
sic φ esse sit terminus gñationis. ergo nō habebit esse per
ipm esse. ꝯñs est falsuꝫ. g aliqua premissaruꝫ: nō maior. er-
go minor. ¶ Itē arguit vltimo: sequeref: φ daref pcessus
in īfinitū in essentijs: q: si est esse ꝛ eēntia fit cōpositū per
se vnū resultabit 3 entitas distincta realr a pncipijs ꝯsti
tuentib: q: nō est maior rō φ ex mā ꝛ forma resultet vna
tertia entitas disticta realr a suis pnb: (vt tu ꝯcedis:) qꝫ
ex eē ꝛ eēntia. cū sint ista per se potentia: ꝛ per se act: ꝛ g
sicut ex illis duob resultat vna p se vnitas. ita resultabit
vna p se eēntia. Et tūc qref de illa eēntia: qūo se hꝫ ad esse
vt prius: ꝛ sic pcedef in īfinitū. Nec valet dicere: φ eē nō
sit terminus gñationis: q: ipm nō est: nec fit: sed est illud.
quo aliqd est: q: sic etiam forma nō dicif eē: nec fieri: nisi
ratione cōpositi. ꝛ tñ est terminus formalis generationis
sm oēs. sic dicendū est de ipso eē: ꝛ qcūqꝫ ratio assignabi
tur de esse φ nō sit terminus: poterit assignari de forma.

Dimissa ergo ista opinione. ¶ Quātū ad scdm
artim pro introductione opinionis
secūde ꝯtradictorie ad pcedentē quā sequif Doct. subti.
φ eē ꝛ eēntia nō distinguunf realr: videdū est: qd itelliga
tur per esse: ꝛ qd p eēntiā. ¶ Pro quo pmo notanduꝫ est:
φ eē vno accipitur pro eē eēntie. Alio pro eē existentie.
Primo eē ꝛ eēntia nō distinguunf: nisi penes moduꝫ cō
cipiēdi in cōcreto: ꝛ in abstracto que distinctio est distin
ctio rōnis: q: penes modos ꝯcipiēdi logicales: qui sunt
intētionales: ꝛ entia rōnis. ꝛ hoc modo intelligit Sco. in
3. sniaꝝ. di. 6. q. prima. φ esse ꝛ eēntia distinguunf quēad-
moduꝫ dictum est. 2 eē accipif pro esse existere. ꝛ tūc ta-
le esse importat existētiam actualem que est modus itrin
sec eēntie ꝛ qditatis. ¶ Scdo ē aduertēduꝫ φ eadē res ē
essentia ꝛ qditas. Res. n. que hꝫ eē existētie. vel saltez cui
nō repugnat esse existentie dr eēntia. ꝛ ille res qbus sic re
pugnat eē existere: nō hñt rōnē eēntie: neqꝫ dicunf eēntie.
Jō chi: aut entia ipossibilia nō dñr hre eēntia: ita φ eēn
tia vel est res ꝯiuncta cuꝫ exñtia: vel cui nō repugnat exi
stere. Quiditas aūt est eadem res vt abstrahit ab exñtia:
ꝛ qditas est oē illud qd icludif eēntialr in alio. ꝛ quidita-
tiue. vel pertinet ad qditatem ꝛ essentiaꝫ rei. siue illud sit
diffinibile: siue nō. ¶ Tertio est aduertēdū. φ eēntia ꝛ qdi
tas se hñt. sicut superius ꝛ iferius. ois eniꝫ essentia est qdi
tas. cui saltē nō repugnat plib cōicari. ꝛ nō econtra. Qd
declaraf. q: in diuina nā sunt multe qditates ꝛ formalita
tes: etiā sm Ar. s. qditas itellectus. voluntatis. entis sbe
ꝛ ipsūs. ꝛ tñ est vnica essentia. ꝛ rō est illa. q: ille qditates
dñr hre ppriuꝫ eē essentie. quibus nō repugnat esse. ꝛ hre
esse sine altero. sed iste quiditates in deo non possunt esse
aut existere sine essentia diuina ꝛ existētia eius. ergo iste
quiditates non sunt plures essentie. Ex quo sequitur. φ
eēntia ꝛ qniditas lꝫ sint idē sm rem. tamē dñt. q: eēntia
est illud. cui nō repugnat eē. qditas aūt est illud qd exprī-
mitur per dffonē. ꝛ ptinet ad qditateꝫ rei. ¶ Ulterius 4
est aduertēduꝫ sm docto. subti. in quolibeto. q. 9. φ eē ac
cipif duob modis: ꝛ silr eēntia. vno put eē est illud quo
aliqd recedit a nō eē: ꝛ p illud aliqd recedit a nō esse. per
qd est ex suaꝫ cām ꝛ itellm: ꝛ illo vnūqdqꝫ qd est ex potē
tiaꝫ sue cause ꝛ intellm hꝫ ppriū esse: ꝛ vt sic dr hre ppriā
essentiā: ꝛ illo mā ꝛ forma in cōposito sbali hꝫ proprium
esse ꝛ ppriaꝫ eēntiā. Alio accipif eē pro actu vlti ipsius
rei: cui non aduenit actus vlterior: ꝛ illo eē est illud quo
aliqd vltimate est: ꝛ illud nō est rō vlteri eēndi. sicut sup
posituꝫ sbale: ꝛ solum illud sic hꝫ esse: ꝛ etiam essentiam.

His positis. Pono tres ppōnes: quarū prima
est ista. Esse eēntie ꝛ existētie nō ha
bent ordinē durationis ꝛ originis iter se: ita φ eēntia dura
tione pcedat ipaꝫ exñtiā. vl originef eēntia prius: qꝫ existē
tia: aut φ exñtia originef ab eēntia. ¶ Ista ppositio pa-
tet qꝫtuꝫ ad primā ꝛ secūdam partē. Quia quodcunqꝫ est
prius duratione alio est singulare ꝛ existēs. q: duratio est
ꝯditio existentis inquātū exñs est: sed eēntia vt eēntia de
se nō existit. ꝫ abstrahit ab exñtia. cuꝫ sit indīns ad existe
re: ꝛ nō existere. ergo eēntia nō est prior duratione existen
tia. ¶ Et vlterius sequif per eandem rōnē: φ nō est prior
origine: q: quicqd originaf est existens. ¶ Et ppō vlteri
pꝫ qꝫtuꝫ ad tertiā partē. s. existētia nō originaf ab eēntia:
q: nullū eē reale: ꝛ i actu originaf ab eo qd nō est in actu
existentia est ens reale ꝛ in actu: cū sit realitas ꝛ actuali-
tas rei. essentia aūt (circumscripta existētia) nō est in actu:
ꝫ indīns ad actum: ꝛ potentiaꝫ. ergo inter eēntiam ꝛ exi
stētiaꝫ nō est ordo originis. ¶ Scda ppositio est ista. In-
ter essentiā ꝛ existētiam est ordo nāe: q: ordo nāe est inter
illa quoꝝ vnū psupponit reliquuꝫ: sed existentia psuppo-
nit essentiā: ꝛ nō econtra. ergo essentia est prior nā existen
tia. ¶ Itē qd cōpetit alicui p se in pmo ex prius nā: eo qd
cōpetit ei per accidēs. ꝫ eēntia cōpetit rei per se in pmo
modo. existētia aūt nō: sed accidēs: q: accidit eēntie φ sit
in actu actualitate existētie pp indifferētiā quā hꝫ eēntia
ad actuꝫ ꝛ potētiaꝫ ꝛc. ¶ Tertia ppō est ista. Essentia pce
dit ordine pfectionis ipsam existētiā pbaf. Illud qd pti-
net directe ad gen sbe: est pfectius quacūqꝫ alia pfectio
ne scda sibi adueniēte: que nō ptinet ad illud genus: eēn-
tia est huiusmodi: ꝛ nō existētia. ergo ꝛc. Maior vr nota:
q: cū pdicamentū sbe dicaf esse pfectissimum inter alia:
qcqd est directe in illo: est pfectius quocūqꝫ nō existēte in
illo. Minor pbatur: q: pdicamenta sunt de eē essentie: ꝛ
nō de esse existētie. vt hꝫ Boetius sup pdicamēta: qd pba
tur ab ipso: q: si pdicamenta eēnt de esse existētie: rosa in
hyeme non esset in predicamēto. ¶ Confirmaf ista tertia
ppositio. Nobilissima pfectio cōpetit cuicunqꝫ per suuꝫ
ppriū genus: ꝛ p suā ppriā dñam. ideo homo est pfectior
asino: q: hꝫ dñam nobiliorē eēntialem qꝫ sit dña asini: ꝫ
genus ꝛ dñtia ptinent ad qditatē ꝛ eēntiam rei. existētia
aūt non. ergo (cum eēntia sit illud per quod nobilissima
pfectio cōpetit rei: ꝛ nō existētia) eēntia est nobilior existē
tia. Et confirmaf scdo. Certum est φ homo plus excedit
asinū in pfectiōe: qꝫ hō in potētia hoiem in actu: ꝫ ita est
φ homo excedit asinū per essentiam. ꝛ hō in actu hoiem
in po excedit p exñtiam. g relinquif φ essentia ē qd pfe
ctius exñtia. Maior assumpta vr nota. q: hō in po ꝛ hō
in actu sunt eiusdē spēi cū habeāt eandē diffonē. hō autē
ꝛ asinus sunt alteri spēi: mō illa que sūt diuersaꝝ specie
rum hñt maiorē dissimilitudinē in pfectione ꝛ in equali
tate qꝫ illa que sunt eiusdē speciei: quare sequif ppositū.

Ex istis ppositiōibus. Jam quantū ad 3m articulum
respōdef ad quesitū: ponēdo quattuor ꝯclu
siones: quaruꝫ prima est ista. Esse essentie ꝛ existentie nō
distinguunf formaliter. Ista ꝯclusio pbatur sic. Illa que
sunt oino idem sm diffinitionē nō distinguunf formali-
ter: ꝫ esse eēntie ꝛ existētie sunt hmōi. qd pbatur: q: hō nō dr
esse alterius rōnis formalis vt in po: aut in actu: sed act
nō addit ad essentiā: nisi existentiā. ergo existētia non di
stinguif formaliter ab eēntia. ¶ Et confirmaf. Qd distin

guntur formaliter

guit formaliter ab alio ⁊ ſi addat illi ꝯſtituit aliqd formaliter diſtinctū. ſicut pȝ inductiue in oībus hn̄tibus diſtinctas formalitates. Sed exiſtētia addita nature ⁊ eſſentie nō conſtituit aliquid formalr̄ diſtinctum ⁊ alterius rationis ab eēntia ⁊ natura ſiue exiſtētia. ergo relinquit ꝙ exiſtētia nō diſtinguit formalr̄ ab eēntia. ¶ Scd̄a concluſio. Eſſentia ⁊ exiſtētia nō diſtinguūtur realiter. iſta ꝯcluſio ꝓbat tripliciter. Pmo ſic. qꝛ in eēntialiter ordinatis ⁊ realr̄ diſtinctis per aliq̄ȝ potentiam videt prius poſſe ſeparari a poſteriori. ſic ꝙ nō implicat ꝯtradictionē ex rōne ꝑoꝝ: vt prius eſt eſſe ſine poſteriori: ſed ita eſt, ꝙ eſſentia nō pōt ſeparari ab exiſtentia ꝑ aliq̄ȝ potētiā. ergo ⁊c̄. Maior ꝓſupponit pro nūc: ⁊ pȝ ex his que diximus circa tractatum formalitatū ad mentē Doct. ſubti. minor aūt ꝓbatur: qꝛ actio cuiuſcunq̄ȝ potentie ꝓductiue terminat ad exiſtēs ⁊ ſingulare: qꝛ actiones ſunt ſingulariū. ex pmo metaph. ſȝ oē quod eſt ſingulare exiſtēs: nō pōt ſeparari ab exiſtētia. ergo ⁊c̄. Scd̄o probat. Quod manet alio nō manēte: vr̄ habere aliquā realitatē: ſȝ eēntia ſine exiſtentia nullā hȝ realitatē: qꝛ exiſtentia rei eſt actualitas ⁊ realitas rei. ergo ꝓpoſitū. ¶ Itē tertia que diſtinguunt realiter ſe hn̄t ſicut res ⁊ res: qꝛ diſtinctio realis eſt inter rem ⁊ rem: ſȝ eēntia ⁊ exiſtētia nō ſunt hꝰ: qꝛ res loquēdo de vera ⁊ reali re eſt tm̄ exiſtens: ⁊ ꝯuertitur cū ente in actu actualitate exiſtētie ꝓut hȝ videri in tractatu noſtro ꝑallegato circa pn̄m. ¶ Tertia ꝯcluſio. Eſſentia ⁊ exiſtentia diſtinguunt: ſicut qditas ⁊ modus intrinſecꝰ. Probatur: qꝛ modus intrinſecꝰ eſt ille qui adueniens vel diſcedens a re nō variat eiꝰ rōnē formalē vel ꝯſtitui ꝑ ipſuȝ. Sȝ exiſtētia nō variat rōnē formalē eſſentie: neq̄ȝ etiā ꝯſtitui: vt ꝓbatū eſt: qꝛ hō exiſtēs nō diſtinguit formalr̄ ab hoīe in poᵃ. ergo ⁊c̄. ¶ Quarta ⁊ vltima concluſio. Eſſentia ⁊ eſſe exiſtere diſtinguunt ex nā rei. Probat illa ꝯcluſio: illa nō ſunt penitus idem: quoꝝ vnū eſt indifferēs ad alterum: ⁊ ad oppoſitū ipſius circunſcripto omni opere intellectus. Iſta ꝓpoſitio pȝ: ſȝ eſſentia eſt indifferēs ad exiſtere ⁊ nō exiſtere nullo intellectu ꝯſiderāte. vt etiā ꝯcedunt aduerſarij. ergo ⁊c̄. ¶ Et cōfirmatur pmo. Quia illa que ſunt penitus idem: qcquid cōpetit vni: cōpetit alteri: ⁊ quicqd repugnat vni repugnat etiā alteri: ſȝ poᵃ obiectiua repugnat exiſtentie reali: ⁊ nō repugnat eēntie. ergo ⁊c̄. ¶ Cōfirmatur hoc 2°. Illud qd̄ accidit alicui: hȝ aliquā diſtinctionē ex nā rei ab illo: qꝛ nihil idem accidit ſibi ipſi. ſed exiſtentia accidit eſſentie. ergo ⁊c̄. Minor probatur. Si enim exiſtentia non accideret eſſentie. ergo eſſet de rōne ſui. ergo non poſſet quiditas ⁊ eſſentia intelligi ſine exiſtētia: qꝛ nihil pōt diſtincte intelligi ſine eo qd̄ eſt de eēntia ſui. Oppoſitū tamen experimur: qꝛ intelligimus entiam intellectum diffinitiuo: cuȝ diffinitio ſit ipſius eſſentie vt abſtrahit ab exiſtentia. vt habetur. 7. metaphy. tex. cōmen. 53. ergo eſſentia non eſt omnino idē cū exiſtentia. ¶ Cōfirmat hoc tertio. Eſſentia cōpetit rei per ſe in pmo mō. ⁊ exiſtētia per accidēs. ergo eſſentia ⁊ exiſtentia non ſunt idem omnino.

Quibus premiſſis. Quantum ad vltimū articulum. Reſpondetur ad argumenta in pncipio qōnis: ⁊ pmo ad auctoritatem Ariſt. dicendo ꝙ illa auctoritas facit pro 4ᵃ concluſione quatenus inter eſſe ⁊ eſſentiā fundat diſtinctio ſeu nō identitas ex nā rei. Sed ex hoc nō ſequit diſtinctio realis inter eſſentiam ⁊ eſſe. ¶ Ad ſcd̄am auctēm que eſt Aui. pōt rn̄deri pmittendo: ꝙ eſſentia (extēdendo nomē eſſentie) quedam ſimpliciter determinatur ad eſſe exiſtere: quedam determinat ad nō eſſe. Quedam eſt cui ꝯtingens eſt eſſe. Et quedam cui ꝯtingens eſt nō eſſe. Prima eſſentia eſt nā ſimpl̄r neceſſaria que ſic determinatur ad eſſe: ꝙ nō hȝ poᵗᵐ intrinſecā ꝑ quā poſſit nō eē. Scd̄a eēntia dr̄ eē eēntia īpoſſibilis: que ſi determinat ad nō eē: ꝙ nō hȝ poᵗᵐ ad eſſe. Tertia ⁊ 4ᵃ eſſentia eſt q̄lȝ nā poſſibilis: cui ꝯtingenter cōpetit eē: aut nō eē. Hoc ſtante pōt dici ſm̄ vnā opinionē: ꝙ in nā neceſſaria eſſe exiſtere eſt de eſſentia talis nāe. ſicut nōnulli Scotiſte ponunt: ⁊ ꝙ exiſtētia eſt de rōne formali eēntie diuine. Sic ſm̄ iſtos in quolibet neceſſario eē eſt de rōne formali eſſentie. in alijs aūt nō. ¶ Sed ꝯtra iſtā opinionē inſtat: qꝛ iſta rn̄ſio nō eſt ad mentē. Doc. ſubti. Tenet eni ipſe Doctor: ꝙ q̄cūq̄ȝ ſunt in creaturis: ⁊ in deo: ſunt eiuſdē rōnis formalis: ſed exiſtentia reperitur in vtroq̄ȝ: tā in deo q̄ȝ in creatura: ⁊ exiſtētia in creatura nō eſt de qditate eēntie ſm̄ ipm̄. ergo nec exiſtentia ſic erit de quiditate eēntie diuine. ¶ Et improbatur hoc ēt rōne duplici. Pma. Quecūq̄ȝ duo in ſuis ꝯceptib⁹ formalib⁹ ſimpliciſſimis ⁊ abſtractiſſimis nō ſe inuicē formaliter icludūt in nullo inferiori vniunt: vt vnū ſit idem formaliter alteri. (Iſta ꝓpoſitio pȝ: qꝛ ſi conceptus formalis vnius nō includit formalem cōceptū alterius) manētibus iſtis ſub ꝓpria rōne in aliquo (vnū nō includit formaliter alteruȝ.) Sed ita eſt ꝙ exiſtentia ⁊ eſſentia ſic in ſuis cōceptibus formalibus diſtinguunt: vt pȝ per Boetium ſup predicamēta volentē ꝙ pdicamēta ſint de eſſe eēntie: ⁊ non de eſſe exiſtēne. ergo ⁊c̄. ¶ Itē quādo duo cōceptus ſunt ordinati ad aliquē vnū tertiū conceptuȝ: ſi ꝯceptus prior nō eſt idem formaliter illi tertio: nec poſterior ſic erit idem. ſed ita eſt: ꝙ ens importat cōceptum ad quē iſti alij ꝯceptus ordinātur ſcilȝ ꝯceptus vnitatis: veritatis: ⁊ aliaꝝ paſſionū entis: ⁊ iſti ꝯceptus ſunt propinquiores enti q̄ȝ exiſtētia (qd̄ ꝓbat: qꝛ paſſiones entis cōpetūt per ſe ſcd̄o modo: ipſi enti. exiſtētia aūt cōpetit nō per ſe i pmo modo: neq̄ȝ in ſecūdo mō.) ergo ſicut paſſiones entis diſtinguunt formalr̄ ab ente ſequit etiā ꝙ exiſtētia. ¶ Sed ꝯtra: qꝛ dictū eſt ꝙ eſſe exiſtere non diſtinguit formalr̄ ab eēntia. ¶ Rn̄det ꝙ lȝ non diſtinguat formaliter poſitiue: diſtinguit tamē formaliter negatiue. ſic ꝙ non eſt de intellectu formali eēntie vt eēntia eſt. pmo mō intelligēda eſt pma cōcluſio poſita ſuperius. ſcd̄o mō intelligit hec rō nūc adducta. dr̄ia inter diſtinctionē formalem poſitiuam ⁊ negatiuam patet in tractatu noſtro formalitatū vbi agitur de diſtinctione formali. ¶ Ideo rn̄dendū eſt ad ſecūdā auctoritatē aliter. Premittendo ꝙ accidēs pōt accipi tribus modis. vno modo pro eo ꝙ accidētaliter pficit rē in ſuo eſſe cōpleto atq̄ȝ pfecto: ſicut albedo eſt accn̄s hoīs: alio mō pro eo qd̄ extraneat a conceptu formali ⁊ qditate alicuius. eo modo quo differentia dicit accidere generi: ⁊ inferius accidere ſuo ſuperiori: ⁊ tale accidens nō eſt accn̄s pmo modo. Tertio mō dicitur accidens quodlibet mutabile: cuius eſſe eſt contingens. Loquendo de accidente primo mō: nulla exiſtentia in aliquo eſt eius accidēs. Sed ſcd̄o mō capiendo accn̄s: exiſtētia in quolibet ſiue ſit creatū: ſiue increatū eſt eius accn̄s. pro quāto in nullo tali quiditatiue includit: ſȝ eſt modus ſue qditatis. Si capiat tertio mō. ſic in quolibet creato: eē eſt accn̄s: quatenus tale eſſe eſt mutabile. In increato aūt cū excludat omnē mutabilitatē ⁊ ꝯtingentiā: eſſe nullo mō eſt accidēs eius: ⁊ ita intelligitur ꝙ ens increatū eſt de ſe ſuū eſſe. quatenus tale incōmutabiliter ⁊ neceſſario ſequit ſuā eſſentiā. ¶ Ad algaçelē ⁊c̄. pȝ reſpōſio ex dictis: ꝙ. ſ. diuerſū eſt eē: ⁊ qd̄ eſt: ꝓpter diſtinctionē rei a ſua exiſtētia que diſtictio eſt ex natura rei: lȝ non realis. ¶ Ad rationes rn̄det. Et pmo ad pmā in qua cōſiſtit totū fundamētū opinionis Tho. ꝙ. vȝ. iō eēntia diſtinguit ab eſſe realiter: quia eēntia eſt indifferēs ad eſſe ⁊ nō eſſe. Reſpondet negādo iſtā propoſitionē: quando aliqd eſt indifferens ad vnū ⁊ ad opoſitum eius: ꝙ diſtinguat realiter ab illo: niſi addendo ꝙ illud indifferēs hēat verā ⁊ ꝓpriā realitatē: ꝓpterea qꝛ diſtinctio realis eſt inter rē ⁊ rem: loquēdo de re exiſtentie vel ſubſiſtentie nō aūt de re eſſentie. Unde inter hominem in potētia obiectiua ⁊ aſinū in potentia obiectiua nō eſt diſtinctio realis actualis: qꝛ iſta non ſe habent ſicut res ⁊ res illo mō. Eſſentia aūt vt diſtinguit ab eſſe exiſtere: non eſt res iſto mō: neq̄ȝ hȝ ꝓpriā ⁊ verā realitatē: cum ſua realitas ſit exiſtentia ⁊ actualitas. ergo vt ſic eſſentia nō diſtinguitur realiter ab

esse. ¶ Ad scdm quod tu dicis: q vnuquodq creatu est compo
situ ex actu z potetia. Si tu intelligas q ista copositio ex
actu z po^a sit ex re z re positiuis: negatur. Si aut intelli-
gas q ista compositio sit: sicut ex habitu z priuatione: co
ceditur. Primu pbat: q accipio ista coponentia que sunt
actus z po^a p tere sint A. z B. z quro: aut a. z b. sunt copo
sita sic ex actu z po^a: aut non. Si dicas q sunt coposita.
quro de coponentibus vt prius: z sic. aut erit pcessus in infi-
nitum: aut opz stare i hoc: q aliqd creatu no est copositum
tali copone. 2^m dem pbat: q nullu ens creatu hz entitate
sm oem gradu pfectionis qui natus est copetere entitati
in se: pp qd caret illo gradu entitatis inqtu est ens: z ita
dr ee priuatu illo gradu inqtum est ens: lz no sub rone p-
pria specifica: eo mo quo dr. 5. metaph. ca^o. de priuatione:
q talpa est priuata visu inqtu aial: no tn inqtu talpa. sic
dr in pposita: q oe ens creatum est copositu ex ente: pro
quto includit ipm: z ex priuatione alicuius gradus entita
tis: z ita ex positiuo z priuatiuo: seu ex actu z po^a: itellige
do p actu aliqd positiuum: z p po^am aliqd priuatiuu. Sz
lz sic icludat ipm ens creatu habitu z priuatione: no tame
intelligo q ipsa priuatio sit de essentia entis creati cu nul
la priuatio includat qditatiue in ente positiuo. sed intelli-
go q ad esse qditatiuu entis creati sequitur talis priuatio:
z ita pariter seu concomitanter ipsa creatura est priuatio seu
ens priuatiuu: no tn qditatiue. ¶ Ad confirmatione respon
detur: q q vnuqdq est copositu ex actu z potetia mo p-
dicto seqtur qlibet creatura ee in po^a obiectiua pro quto
pot esse terminus po^e pductiue simplr. ¶ Q si tu arguas
confirmado arg^m Tho. q ois creatura: aut est purus actus:
aut pura po^a: aut coposita ex actu z po^a: non primo^o: aut
scdo mo. ergo tertio mo. ¶ Rndeo q arg^m no cocludit: q
creatura sit coposita ex actu z po^a: sicut ex re z re: sz solu
eo mo quo diximus. vnde ista copo no solu tenet z conce-
dit in oibus citra deum a theologis: verumetia ab Ar. q lz
poneret qualibet intelligetia citra prima esse actu purum
priuatiue (p priuatione ois potetialitatis ad aliqs formas
siue sbalem siue accidentales: vt hz videri de mete sua in
12. metaph. z de mete Comen. ibide. come. 30. z. 41. vbi
negat oem potetialitate in sempiternis z necessarijs) tn no
poneret ipse Ar. siue Comentator qlibet intelligentiam ci-
tra prima esse actum puru positiue per inclusione ois actua
litatis z pfectionis possibilis reperiri in entibus. vt de se
pz. quare zc. ¶ Ad tertiam rone principalem dr: q quoti-
ens dicit causa totiens dicit per se: z ex se sicut enim cau
sa quedam est formalis quedam est efficiens: ita pot dici ali-
quid esse ex se tale formalr: z aliquid esse ex se tale effecti
ue: nec ista duo contradicunt. s. q aliqd sit ex se: formali-
ter tale: hoc est intrinsece z qditatiue: z tn ab alio effecti-
ue. vn concedimus muscam esse sbam ex se formaliter: z tn
non esse sbam ex se effectiue. Quia nulla sba dicit esse sba
ex se formaliter: z a se effectiue nisi deus. vt etia hz concede
re san. Tho. de mete Ar. volentis oem intelligentia secun
dam dependere effectiue a prima. ¶ Ex ista distinctione
apparet rnsio ad arg^m: concedo q illud qd e ex se tale: no
est illud qd est ab alio tale. Si tu accipias vniformiter z
in eode gne cause ly ex se. Sed si tu intelligas difformiter
ly ex se accipiedo formalr: z ly ab alio: effectiue: nego illa
ppositione assumptam intelligendo: ista distingui realiter
z tuc negatur minor que accipitur sub illa maiore: q ho-
mo sit sua substatia ex se effectiue: imo est ab alio: z sicut
homo sm existentia est ab alio effectiue: ita etiam sz eem
tiam: q esse essentie z existetie no separant in generatione
z corruptione: vt allegatu est superius de mete Ar. in. 4.
metaph. Et per hoc multa arg^a consilia soluunt. ¶ Contra
ista rnsione instat: q vr q eentia abstrahat ab oi motu: z
ab oi mutatione. z per ons ab efficiete. ergo ista no est ab
alio effectiue. ¶ Et confirmat. Quia essentie rerum sm Ar.
dnr ee eterne z icomutabiles. g no sunt effectibiles: z per
ons no depedetes ab efficiete. ¶ Ad hoc rndet: q eentia
sm rone essentie vt prior na existentia abstrahit ab oi mo-
tu z mutatione: ita q pcise considerata sm suam ronem for
malem abstrahit ab oibus his que sibi isunt per accns: tn
includes ea que copetut rei in pmo mo dicedi per se: aut
in scdo: z vt sic abstrahit ab oi efficiete: sz eentia no conside
rata sic pcise: sz in ordine ad existetia: z ad ea que sibi isunt
per accns: no abstrahit ab efficiete: neqz a motu: aut mu-
tatione. Ita q lz ista qditatiue z formalr no includat: tn
ista sunt sibi copossibilia: z sic itelligo eentia ee effectibi-
lem. Loquedo de essentia creata. Quia qncuqz res crea-
ta pducit sz esse existetie: pducit et sz esse essentie. ¶ Ad
confirmatione de eternitate alias diximus. Quod essentia e
eterna negatiue: non positiue. Negatiue: q no est ex tpe:
neqz includens de se coexistentia ad qlibet partem tpis.
Sed tn no est eterna positiue: q eternitas positiue est co
ditio existis: z illius qd hz coexistetia ad qlibet drlam tpis
de se formalr. Consilr vr de icomutabilitate: q est icomu-
tabilis z necessaria eentia rei negatiue: no positiue. Nega
tiue: q no est possibile aliter se habere in sua rone forma
li z qditate: non tn essentia est necessaria positiue: q tale
necessariu positiue est qd de se hz existetia indefectibile: qd
no copetit essentie z qditati create. ¶ Ad 4^m. Rndet ne
gando maiore: pro quo est notandu q ens subsistens sm
significatione vocabuli est ens incoicabilr existens: sicut
est suppositum in na substantiali: seu in gne sbe: vnde solu
illud suppositum dicit subsistens qd no est alteri coicabi-
le: tn capiendo subsistens pro existete: dico q aliquod est
subsistens ex se: z a se. Isto modo est tn vnu subsistens qd
est deus: q de se existit: z a nullo habet suam existetia. Ali-
qd subsistit ex se: z no a se: sicut sba creata hz enim ex se in
trinsece z formalr (lz no qditatiue) subsistentia per quam
subsistit: sed tn no subsistit a se: sz per dependentia ad pri-
mam cam a qua in existentia essentialiter dependet. Aliqd
vero non subsistit: nec a se: nec ex se. sed in alio existit ab-
solute tn: quia suu esse no est ad aliqué terminum. Et isto
modo accides absolutu existit in sba. z rone sbe subsistit
sed tale accns in alio subsistes: no subsistit ad aliud: sive ad
aliquem terminu: sic q sua entitas sit relata ad terminu.
q cu sit entitas absoluta: no refertur ad aliqué terminu
aliquid vero vltimo subsistit in alio: z ad aliud: sicut om-
ne accidens respectiuu. Per hoc rndetur. q omne subsi-
stens ex se: z a se: est infinitum: sed negat q eentia creata. s.
sba: subsistat ex se: z a se. Et ad pbatione cum dicis. Albe
do si esset subsistens alteri no inherens esset infinita. Ne-
go istam ppositionem: z ad pbationem cum tu dicis: q ha-
beret tota perfectionem sue speciei: negat hoc: q si ali-
quod indiuiduum alicuius speciei ex hoc solo q no est in
ma: haberet totam perfectione speciei: (cum ipsa qtum est
ex se: possit esse in infinitis indiuiduis: z q sibi non repu-
gnat sic esse in ifinitis ex sola causa priuatiua: que est care-
re ma: z no esse in subiecto) videret q ipsum indiuiduum
haberet perfectionem infinitam. Sed quicqd pot habere
pfectionem infinitam est infinitum: quia in necessarijs no
differt esse a posse. ergo ipsa species per separatione a ma
haberet pfectione infinitu: z ita species ipsa no haberet
determinatione: specificationem: z limitationem ab vlti
ma sua dria que dria vltima addita generi costituit spem.
Consequens vltimum illatu est in conueniens: q si pcise ali-
qd indiuiduu accidentis separet a ma (nihil positiue fa-
ciendo. aut ponedo circa ipsum) ex sola separatione care-
tia materie nihil de nouo esset in ipso accidente quod no
prefuerit. ergo sicut antea no erat infinitu: ita nec mo: vt
separat a suo sbto. Si aut tu intelligas: q forma separata a
ma no hz esse pticipatu nisi ab ipsa ma qn talis forma nu
meret z diuidat p ipsam mam (loquedo de ma in q) ppo
sua assumpta est falsa: z perit pn^m consimiliter: q dico formam
specifica posse pticipari: diuidi: z nuerari: alr qz p mate-
riam: q dico ipsam nuerari z diuidi p pprietates indiui-
duales que sunt ipe hecheitates. ¶ Per h pz ad vltimum
concedendo. Q nullu subsistes ex se z a se est creatu: sed bn
subsistes ex se. z no a se ponit esse creatu. Et ad pbatione
respondeo.

respondeo. subsistenti ꝑmo mõ cõpetunt nobilissime cõditiones: & nõ scđo mõ. Et sic patet ad istam questionez.

¶ Quecũq; in eadẽ ĩba entia differẽtiaz hñt: eadez ꝟo spẽ bis opposite dicta. Ante textũ cõmẽti. xvj. Qõ. vij.



Queritur vtrũ plura accidentia possint esse in eodem subiecto vno ꝟm numerum: que precise distinguantur numeraliter? Et arguitur ꝙ nõ: qꝛ a quo res habet entitatem: habet vnitatez: sed ita est ꝙ accidẽs hꝫ entitatẽ a subiecto. ergo hꝫ vnitatẽ a subiecto. ergo si sbm ẽ vnũ numero: accidentia que nõ habẽt aliã dĩam q̃ʒ numeralẽ: erũt vnũ numero. ¶ Et ꝯfirmaᷓ: qꝛ sicut vnitas specifica est ab vna forma ꝟm speciez: ita vnitas numeralis est ab vna materia ꝟm numerum (ꝟm Ar. 5. metaphy. ca. de vno.) Sed ita est ꝙ subiectũ est materia accidentis. ergo si subiectuz est vnũ numero: accidens erit vnum tali vnitate.

Ad oppositũ tamen arguiᷓ. In causa extrinseca alicuius stãte vnitate: põt esse pluralitas in effectu: sed ita est ꝙ subiectum est causa extrinseca respectu accidentiuz. ergo stante vnitate in subiecto possunt plurificari ipsa accidentia.

In ista. q. sic ꝓceditur. qm̃ primo impugnatur fundamentũ cuiusdã opinionis. Scđo improbatur ipsa opi. in se. Et tertio respõdeᷓ ad argumẽta.

Primo arguitur contra fundamentum opi. s. Tho. Fundamẽtũ eius est: ꝙ qꝛ accidẽs hꝫ entitatez a subiecto: habet vnitatẽ. & ex hoc ꝙ habet vnitatez: qualis erit vnitas in subiecto: talis erit vnitas in accidẽte. ¶ Cõtra hoc fundamẽtũ arguitur. Aut enĩz itelligit ꝙ accidẽs habet vnitatẽ a subiecto formaliter: aut effectiue aut materialiter. Si formaliter: tunc est sensus ꝙ vnitas subiecti formalis est vnitas accidẽtis: maxime ꝟm istam opi. que dicit ꝙ ens non habet entitatẽ formalez nisi per sbam: sed si vnitas subiecti est vnitas formalis accidentis. ergo nõ poterit esse accidens: neq; itelligi sine suo subiecto. Probatur cõsequentia: qꝛ impossibile est aliqd eẽ: aut intelligi sine propria vnitate formali: sed vnitas subiecti est huiusmodi. ergo &c̃. Si tu intelligis ꝙ accidens habet vnitatem effectiue a subiecto. Tunc si stante vnitate in causa efficiente potest esse pluralitas in effectu. ergo dato ꝙ subiectuz sic vnuz numero: potest plurificari ipm accidens: quod est effectiue ab ipso subiecto. ergo nõ ꝓbatur intentuz: ꝙ vnitas subiecti sit cã vnitatis accidentis adequate: sic ꝙ non possit causare aliud accidens: & vlterius sibi inherere. Si vero intelligat: ꝙ accidens habet vnitatez a subiecto mãliter: est sensus ꝙ accidens ꝟm suũ esse: & ꝟʒ suã vnitatẽ fundatur in subiecto. Si ꝟo concludẽs: qꝛ subiectum est illud in quo accidẽs fundaᷓ: & ẽ cã materialis in qua: si est vnum numero non possunt in ipso plura accidentia numero fundari. Tu petis contra me. hoc habes probare: qꝛ de hoc est questio.

Secundo arguitur cõtra positionẽ in se. & ꝓbatur ꝙ plura accidẽtia solo nũero differẽtia possunt esse in eodẽ sic. In omni ordine eẽtiali stãte vnitate in priori essentialiter: põt esse pluralitas posterioris: nõ per se: nec adequate inherẽtis priori. (Ista propositio patet inducẽdo in omnibus habentibus ordinez essentialem. Nã causa) qꝛ est prior essentialiter causato (stãte vnitate in ipsa: potest eẽ pluralitas in causato. Et ꝙ dicaᷓ ꝙ causatũ nõ iheret ipsi cause vniuersaliter. Hoc nõ arguit ꝙ sit maior repugnãtia ad pluralitatẽ eius qđ inheret q̃ʒ illius quod nõ iheret: & maxime quãdo illud qđ inheret nõ inheret per se: neq; adeq̃te. Si enim inheret per se: necessario iheret: & illo stãte forte subiectuz nõ posset aliqd recipere eiusdẽ rationis vbi inherẽs perficeret totã capacitatẽ subiecti cui inheret. ergo per oppositũ vbi nõ per se: neq; adequate ihereret: sic ꝙ nõ ꝑficiat totã capacitatem subiecti cui iheret: dato ꝙ sbm sit vnum: põt tñ id plurificari in eo. Ista ergo sit maior sic probata.) Sed accidens de quo est mentio habet ordinem essentialem ad subiectũ: & non per se: neq; adequate ei inheret. ꝙ nõ per se appatet: qꝛ nõ necessario cum sit delebile: neq; adequate: cum possit sbm aliud recipere intensiue & extensiue (hoc est ꝙ aliud intensiꝰ potest recipeꝛ: & ad aliud eiusdẽ rationis potest se extendere) ergo tale nõ inheret ei adequate extẽsiue. ergo stante vnitate in subiecto poterit tale plurificari. ¶ Preterea secũdo arguiᷓ ꝙ ista opinio sit falsa in accidentibus respectiuis. Tum primo: quoniam (presupponendo ꝙ paternitas in cõmuni fundatur sup genuisse: igiᷓ hec paternitas super hoc genuisse. Similiter filiatio fundaᷓ super genituz esse. ergo hec filiatio super hoc genitum esse) isto stante arguitur. Multiplicato fundamẽto alicuius relationis: multiplicatur & ipsa relatio: qꝛ multiplicato priori essentialiter multiplicaᷓ posterius: sed ita est ꝙ multiplicaᷓ fundamentũ relatiõis que est paternitas: quoniaz distincti actus generãdi sunt alij atq; alij. ergo multiplicatur paternitas fundata in ipsis. Tum scđo hec paternitas in isto patre ad hunc filium signatũ est hec: & singularis: aut per hanc paternitatez per se primo referᷓ ad hunc filiũ: aut ad filiuz in cõmuni: nõ ad hunc filiũ vt tu dicis. ergo ad filiũ in cõi. ¶ Sed cõtra. Quecũq; due relationes sunt mutue. & seinuicẽ respiciẽtes. si vna est singularis: & alia est singularis. Sꝫ paternitas in isto patre est singularis. & hec. g̃ relatio sibi correspondens tanq̃ʒ terminus primus illius relationis: erit vna vnitate singulari. Sed destructa hac filiatione: destruitur hec paternitas. ergo per hanc paternitatem nõ põt pater referri ad alium filium: quoniã eadẽ simul esset & nõ esset. esset eniz ad existentiã filiationis A. & nõ esset ad destructionem filiationis B. ergo eadem esset & non esset. Tum tertio. hec paternitas alio modo: seu per aliaz habitudinem respicit hunc filiũ signatum. & per aliaz respicitꝰ aliũ filiuz. ergo per habitudines diuersas. Sed iste habitudines sunt diuersi respectus eiusdem rõnis (Quia ad terminos eiusdem rõnis fundatos in eadem paternitate.) ergo plures respectus eiusdem rationis poterunt eẽ in eodem numero. ¶ Et ꝯfirmatur: qꝛ isti respectus non fundanᷓ in paternitate vt distincti ab ea: vt dicit ista opinio. ergo sunt idem realiter paternitati. Tunc sic. multiplicato aliquo eiusdem rõnis quod est idem realiter alicui: multiplicatur etiam illud cui est sic idez. Sed ita est ꝙ respectus isti multiplicanᷓ qui sunt idez realiter paternitati. ergo multiplicaᷓ paternitas. ¶ Itẽ. tertio tripliciter arguiᷓ. Plures potentie respectiue sunt ad distinctas formas numerales. ergo positio falsa. Antecedens ꝓbatur. Presupponẽdo ꝙ potentia respectiua materie est ad hanc formã ꝑmo: & nõ ad formã in cõi: qđ ꝓbatur: qꝛ ad illud est ꝑmo potentia mãe: qđ primo in ipsa mã induciᷓ per motũ. Sed ita est ꝙ forma singularis ꝑmo inducitur per motũ. Quoniam actus & gñationes sunt circa singularia: ex ꝑmo metaphy. ergo qđ induciᷓ ꝑ motũ in mobili: ꝑmo est singulaᷓ. ¶ Et si tu dicas ꝙ ly circa in auctoritate predicta importat circunstantiam subiecti motus: & nõ termini: & est sensus: ꝙ illud circa qđ (tanq̃ʒ circa sbꝫ) est motus: est singulare: nõ tñ illud circa quod est motus tanq̃ʒ circa terminuz. ¶ Cõtra. Qđ iduciᷓ in singulari primo tanq̃ʒ in subto est ꝑmo singulare: sꝫ qđ induciᷓ ꝑ motuz induciᷓ in subto singulari ꝑmo. g̃ tale est singulare. & per ꝯñs nõ tñ subiectũ: circa qđ est motus: verũ etiã terminꝰ est singularis: & hoc est qđ dicit Auctor sex ꝑncipiorum. ꝙ natura occulte operaᷓ: & ꝓducẽdo singulare: producit vniuersale. ¶ Itẽ. 4° arguiᷓ. Esto eniz ꝙ sit potẽtia ad albedinẽ A. in mã: & potentia ad albedinẽ B. que numeraliter distinguunᷓ. Adueniat albedo A. ipsi mãe que postmodũ desinit eẽ. aut est eadẽ potentia ad albedinem B. que fuit ad albedinem A. aut alia. Si scđo mõ habeᷓ intentũ. Si primo mõ: cuʒ ad albedinẽ preteritã nulla sit

potētia: sequit ꝙ eadem potētia simul erit ⁊ non erit. Est enim potētia ad albedinē B. ⁊ eadem ad albedinem. A. ⁊ ista nō est put respicit albedinē. A. ⁊ est prout respicit albedinē B. ergo eadem simul erit. ⁊ nō erit. Vel potest formari ratio sic. Eadē est potentia ad albedinē A. ⁊ ad albedinem B. sed A. est impossibile naturaliter iduci B. autem est possibile. Ergo eadē est potentia ad id qḋ est possibile ⁊ ipossibile naturalr induci. ¶ Item arguit quinto. potentia que est in te: ⁊ in me: aut distinguunt in rōne subiecti pcise: aut distinguūtur ratione termini. Si secūdo mō. habet propositū. Si pimo modo. ergo ois potētia que est in te ⁊ in me precise numeraliter distinguunt consequētia patet: quoniam pncipia distinctiua precisa ⁊ adequata numeraliter distinguuntur.

Trum intentio nõ sensata recipiatur cum intentiõe sensata in sensu exteriori. que difficultas oritur ex cõcurrẽte ɔtra Anto. an. ¶ Et arguitur primo q non. Qñcũqꝫ aliqua qualitas est principium respectu alicuius actionis ꝛ alicuius actus; vbicunqꝫ ponitur talis qualitas: ibi ponitur actio ipsius qualitatis (stante dispositione materie:) sed ita est q species obiecti sensibilis: siue sit intentio sensata siue sit intentio nõ sensata: est principium actionis in sensuꝫ. ergo si intentio non sensata recipietur in sensu exteriori: ibi erit sensatio obiecti representati per talem speciem: sed sensus exterior non percipit nociuum ꝛ vtile. ergo intentio nociui ꝛ vtilis non recipitur in sensu exteriori. ¶ Q si tu dicas: q ista sensatio respectu nociui ꝛ vtilis pertinet ad potentiam nobiliorem: ꝛ respectu istius sensationis sensu exterior est materia indisposita. ¶ Contra: qꝛ species existẽs in potẽtia nobiliori potest inmutare potentiam ignobiliorem: sicut pꝫ in somnis. Nam species existentes in memoratiua mouent qñqꝫ cogitatiuam: ꝛ alios sensus interiores: ergo species existens in virtute nobiliori poterit imutare virtutem inobiliorem: ꝛ si sic per oppositũ sequitur: q species existens in aliqua virtute: ignobiliori poterit mouere eandem virtutem vel aliam nobiliorem. ¶ Scdo principaliter arguit: species sensibilis aut est eadem cum sensatione essentialiter: aut distinguit essentialiter ab ipsa. Si tu des primuꝫ: ergo in quocunqꝫ recipit spẽs alicui᷒ obiecti: recipiet sensatio: ꝛ ita sensus exterior recipiens intentionem nõ sensatam: percipiet obiectum ipsius. Si vero dicas q distinguit essentialiter. ergo sensatio erit spiritualior ꝛ nobilior qꝫ sit: sed semp forma nobilior ꝛ spiritualior habet recipi in subiecto perfectiori ꝛ spiritualiori. ergo nunqꝫ poterit recipi species ꝛ sensatio in eodem subiecto: aut in eadem parte subiecti. ¶ Et confirmat. quia quecunqꝫ sunt alterius pfectionis (loquendo de formis receptibilibus in aliquo sbto) forma pfectior requirit subiectũ nobili᷒ ꝛ pfectius.

Ad oppositũ tamen arguit. Agens qd agit in aliquod passum distans: prius ordine essentiali agit in medium: sed ita est q obiectũ sensibile causans intentionem non sensataꝫ immediati᷒ respicit sensum exteriorem qꝫ interiorem. ergo prius immutabit sensuꝫ exteriorem producendo formã ꝛ itentionem nõ sensatam: qꝫ moueat sensum interiorem.

In ista. q. tenetur pars negatiua a nõnullis sequẽtibus principia san. Tho. Ideo primo arguo contra illam opinionem. ex quibus rationibus apparebit veritas partis affirmatiue. Secundo respondebo ad argumẽta in pncipio q faciebãt p dicta opinione.

Quantũ ad pmuꝫ arguit. Primo ex parte obiecti. 2° ex parte repñtatiui. 3° arguit ex principijs aduersarioꝝ. ¶ Primo est parte obiecti arguit sic Aut itentio nõ sensata cãtur imediate ab obiecto. Aut a spẽ sensibili multiplicata ab obiecto. Si pmo mõ habetur ppositũ. Quia cũ obm extra imediate moueat sensuꝫ exteriorẽ: imediate causabit in ipso itẽtioneꝫ nõ sensataꝫ. Si aũt dicas q ista intentio causat a specie sensata arguitur sic. Quecũqꝫ sunt eiusdeꝫ rõnis: hñt eandẽ formã actiuam: ꝛ eandeꝫ vtutẽ seu eiusdẽ rõnis in pducẽdo aliqueꝫ vnuꝫ effectũ in passo apto nato recipere dato q effectus sit receptibilis in aliquo: sꝫ spẽs sensate que recipiunt in sensu exteriori ꝛ in sensu interiori sunt eiusdeꝫ rõnis ergo hñt eandem virtutẽ actiuã respectu effectus pducibilis. maior videt de se nota. minor pbat. Spẽs iste multiplicate: aut distinguunt ex obto: aut ex po᷒ receptiua. Nõ distinguuntur ex obiecto: vt pꝫ. nec ex subiecto. Probo. diuersitas recipientiũ respectu receptibiliuꝫ nõ ɔcludit neqꝫ causat diuersitateꝫ receptibilium: sicut albedo que ẽ in hoie ꝛ in asino: nõ distinguit specifice: sed est eiusdeꝫ rõnis: sed ita est q receptiua istaꝝ specieꝝ sunt sensus interior ꝛ exterior. ergo penes diuersitateꝫ istaꝝ virtutũ ꝛ potẽtiaꝝ spẽs sensibiles recepte in ipsis nõ distiguunt sꝫ spẽm. ergo sequitur. q si spẽs sensata in extimatiua: aut in cogitatiua producit intentionẽ nõ sensatã (cũ ista sit eiusdeꝫ rõnis cum specie sensibili existent in sensu exteriori:) illa eadẽ que est in tali sensu exteriori causabit eandẽ intẽtionem nõ sensatam in ipso. ¶ Q si tu dicas. q intentio nõ sensata non recipit in sensu exteriori: qꝛ sensu exterior nõ est mã apta nata recipere. ¶ Contra hoc arguit. Forma eiusdẽ rõnis habet i subiecto dispositioneꝫ vni᷒. (ista pbat. pmo qꝛ cõpossibilitas vel cõpossibilitas forme ad subiectum est ex rõne formali ipsius forme. ergo vbi forma sit vnius rõnis: est eque cõpossibilis vel incõpossibilis subto. Probatur secundo ista ppositio: qꝛ dispositio cõprehenditur sub pncipio mãli. pncipiũ aũt mãle habet distingui per formã: ꝛ nõ econtra; vt habet Cõmenta. secundo de anima. cõmen. 60. diuersitas materieꝝ. est propter diuersitatẽ formaꝝ: ꝛ pmo de anima cõmen. 53. membra leonis non differunt a membris cerui: nisi qꝛ anima differt ab anima. Ergo si forma est eiusdem rõnis: habebit dispositionem in subiecto vnius rationis:) sed ita est q spẽs sensibiles multiplicate ab obiecto sensibili sunt eiusdem rõnis. probatur hec minor de mente Ar. secundo d anima. tex. cõ. 71. ꝛ. 76. ꝛ. 118. ꝛ. 119: vbi ɔcedit q medium ꝛ organum sunt eiusdem rõnis: qꝛ recipiunt spẽs sensibiles ab ipso obiecto sensibili que ratio nõ valeret: nisi diceret q ipse species sensibiles essent eiusdeꝫ rõnis: qꝛ dato opposito nõ oporteret medium ꝛ organum esse eiusdem rationis. Ex hoc sequit: q si species sensibiles habent dispositionem vnius ratiõis in proprio susceptiuo. ergo ꝛ in sensu exteriori qꝫtum ad receptionem intẽtionis nõ sensate. ¶ Et ɔfirmat. Quia licet maior vel minor dispositio in susceptiuo faciat ad hoc q forma intensius vel remissius suscipiatur in ipso: tamen maioritas dispositionis non impedit quin ipsa forma possit recipi in tali susceptiuo. ¶ Pꝫ. secundo principaliter arguit. Spẽs sensibilis multiplicata in medio ꝛ in sensu aut est causa equiuoca: aut vniuoca respectu intentionis non sensate: Si dicas q est cã vniuoca. ꝫ eque pfecta cũ suo effectu. ergo in quocũqꝫ recipiet: vna poterit recipi reliqua. Si dicas q est cã equiuoca: ꝛ p te ẽ cã equoca totalis respectu intentionis nõ sensate: ꝛ causa equiuoca totalis semper est prestantior effectu: (qꝛ omnis perfectio que formaliter ɔtinetur in effectu virtualiter continetur in causa:) ergo causa est perfectior effectu: sed in quocũqꝫ põt recipi forma pfectior: videt q non repugnat in eodeꝫ recipi formã impfectioreꝫ. ergo si in sensu exteriori recipit spẽs sensibilis: recipiet ꝛ itentio nõ sensata vel saltẽ poterit recipi. ¶ Q si tu dicas: q argumẽtũ meũ ɔcludit q etiam sensatio nociui ꝛ vtilis poterit recipi in sensu exteriori. ¶ Cõtra. qꝛ sensatio per me nõ tñ dependet a spẽ sensibili: sed etiã a sensu agente: sensus exterior non hꝫ virtuteꝫ actiuaꝫ respectu sensationis obiecti nociui ꝛ vtilis. ꝛ hoc pp debilitatem virtutis cognitiue in sensu exteriori. ꝫ nõ seqtur q sensatio possit recipi i tali sensu: sꝫ bñ spẽs eius.

Ex scdo medio.s.ex parte repñtatiui arguit illud qđ est repñtatiuũ formale alicui⁹: est representatiuũ virtuale respectu oium que virtualiter ꝯtinetur in ipo(Sicut repñtatiuũ formale hoīs est repñtatiuũ v̄tuale respectu aīalis: ꝛ respectu risibilis.)¶Sz spēs sensibilis mulriplicata in sensu exteriori ab obiecto sensibili est repñtatiuuz formale respectu ipsius obiecti.ergo erit etiã repñtatiuũ virtuale cuiuscũqꝫ virtualr̄ ꝯtenti in eo. Sed intentio nociui ꝛ vtilis virtualr̄ ꝯtinet in obto sensibili. ergo virtute spēi sensibilis repñtabit talis intentio cuicũqꝫ potētie cui repñtatur ipz pximũ obm. ¶Et cõfirmat. Quecũqꝫ sunt imutabiliter vnita: ꝛ vnũ hz ordinez essentialē ad reliquũ: vt imutabilr̄ repñtatiuũ ipsius: vnuz nõ representatur sine reliquo: sed ita est: ꝙ intentio nociui ꝛ vtilis hz ordinem essentialem ad aliqua accidentia sensibilia: ꝛ est vnita illis imutabiliter. ergo quicqđ repñtabit ipsa accidentia sensibilia representabit nociuum ꝛ vtile.

Ultimo arguit ex fundamento san. Tho. hz.n. san. Tho. ꝙ agens naturale prius agit in mediũ actione eiusdem rõnis ꝙ̃ agat in extremuz. ꝛ dicitur hoc esse de mente Ar̄.7.physicoꝝ.tex.cõ.9.ꝛ. cõmen. 10.qui vult. ꝙ mouens est simul cũ moto: ꝛ est imediatũ ipsi moto per cõtactum realē ꝛ mathematicũ nõ per cõtactũ solũ v̄tualē: ꝛ etiã scdo de anima.tex.cõmē.74.vbi habetur: ꝙ si esset vacuuz nihil videret; qꝛ spēs coloris nõ posset ptingere ad oculum. Et pbat san.Tho. in pma pte.q. 8.arti⁰.1. ꝙ deus est vbiqꝫ: p hoc qđ agit ꝛ operat vbiqꝫ. Ex qua ꝯclusione cõcluditur: ꝙ agens corporale nõ agit in passum corporale: nisi sit imediatũ illi: vel ei localiter pñs. Sed obz sensibile extra nõ est imediatũ extimatiue aut cogitatiue: nec sibi localiter pñs. ergo nõ poterit causare in tali potētia ipsaz intentionez nociui. ¶Q, si tu dicas: ꝙ illa causatur immediate a speciei in tali potentia. ¶Cõtra species non causat nisi in virtute obiecti: ꝛ pro quãto est ipm obm repñtatiue: sed obm quod habet esse essentialiter extra: est perfectius ꝙ̃ sit ipsum obiectuz representatiue quod est ipa species in sensu. ergo si obiectũ extra non causat relinquitur ꝙ species etiam non possit ipsam intentionem causare.

Quo ad 2ᵐ arti. principalem. q. His positis respondetur ad argumenta ante oppositũ. Et pmo ad pmuz pmittendo primo ꝙ spēs põt esse in aliqua potentia duobus modis: vno modo subiectiue tantum alio modo subiectiue ꝛ pceptiue. dicit species esse subiectiue tantũ: qñ habet esse in potentia precise in actu primo: ꝛ nõ in actu secundo: ita ꝙ obm representatum per ipsam nõ pcipit a potentia: in qua species subiectat: sed spēs est in potentia subiectiue: ꝛ perceptiue: qñ potentia nõ solũ recipit ipsam spēm: sed pcipit etiam ipsum obiectuz repñtatũ per ipsam. ¶Scdo notandum ꝙ multiplicatis speciebus sensibilibus in sensu exteriori ꝛ interiori deueniendum est ad aliquam vnam potentiam que est primo pceptiua obiecti representati per talem speciem: ita ꝙ tale obiectuz lz possit percipi ab alijs potentijs nobilioribus: a nulla tñ potētia iferiori pcipi põt ꝛ cognosci.

His stantibus. Respondeo ad argumentuz cuz dicis: quecunqꝫ qualitas est principiũ alicui⁹ actionis in quocũqꝫ est: ponit actio respectu cuius est principium. Cõcedo istam cum illa glosa quã tu deduxisti. vz. vbi materia ꝛ subiectũ natum sit recipere talem actionē. Sed negat: ꝙ sensus exterior sic sit aptus natus recipere sensationem nociui ꝛ vtilis. Et cuz dicis: spēs existēs in potētia nobiliori p defluxũ ipsi⁹ põt imutare potētiã inobiliorē. ḡ p oppositũ spēs in po⁹ ignobiliori poterit imutare potentiam nobiliorē. Respondet ꝯcedendo: ꝙ spēs existens in potentijs nobilioribus per defluxũ possunt imutare ignobiliores. sed tñ dez est deuenire ad aliquam vnam ignobiliorem que erit pmo perce[ptiua] obiectoꝝ: ꝛ a nulla alia iferiore percipiũtur [...] si tu arguas. Spēs existēs in nobiliori potentia põt imutari ignobiliorē potentiam. ergo quãlibet ignobiliorez: nego ꝯsequentiã. qꝛ cõmittis fallaciam ꝯñtis. Quã si species põt mutare aliquã ignobiliorez: nõ sequitur ꝙ possit quãlibet imutare per rõnez dictam: sed tñmodo illam que potest cõcurrere cuz obiecto ad causandã sensationez: ꝛ que potest cooperari ipsi obiecto: vt in ipsa eliciat sensatio: ꝛ actus sentiẽdi. Quod nõ cõcedit de sensu exteriori. ¶Ad 2ᵐ argumẽtũ r̄ndetur negando: ꝙ species sensibilis sit idez essentialiter qđ sentire. ¶Qđ probat. Presupponẽdo primo ꝙ(quẽadmodum dictum est in corpe questionis: ꝛ aliqualiter probatuz.) Spēs sensibiles in medio ꝛ in organo nõ possunt diuersificari sm speciez: neqꝫ ex pte agentis: neqꝫ ex parte passi: seu subiecti. Hoc p̄suppositũ pbat sic. Agens est idē respectu speciei in medio ꝛ in organo. Quoniaz obiectuz sensibile est illud a quo effectiue causantur tales species: medium autem ꝛ organum que sunt receptiua spērum sunt eiusdem rationis. Ex secundo de anima. ergo ipse species dicunt esse eiusdem rationis. Que ratio põt sic declarari. Ubicũqꝫ est agens ꝛ passuz eiusdem rõnis ibi est effectus eiusdē rationis. (Actio enim ꝛ quicũqꝫ respectus diuersificant vel ex fundamẽto: vel ex termino. ergo si fundamentum ꝛ terminus sunt eiusdem rationis: ꝛ actio erit eiusdez rationis: qꝛ nõ videt vnde possit diuersificari actio sm spēz nisi ex altero extremorum. (Sed ita est ꝙ agens ꝛ patiens respectu speciei sensibilis in medio ꝛ in organo sunt eiusdem rõnis. ergo actus proueniens inter ista erit eiusdem rationis. Et ex ꝯsequenti sequitur ꝙ effectus productus erit etiam eiusdem rationis: ꝛ ita species in medio ꝛ in organo. ¶Secundo p̄supponit: ꝙ quando sunt duo indiuidua eiusdem spēi: quicquid essentialiter ꝛ realiter cõpetit vni: competit etiam reliquo. ista de se patet. si eniz igni a. competit esse calefactiuum: ꝛ etiã igni.b. illud idē sibi competit: quia esse calefactiuũ est idez realiter igni. ¶Istis stantibus probatur propositum tripliciter. ꝛ primo ꝙ si species sensibilis sit idem essentialiter quod sentire: mediuz sentiet ꝛ cognoscet ipsuz sensibile: qꝛ in quocunqꝫ recipitur species sensibilis: recipitur ꝛ ipsum sentire. Ex quo sunt idem realiter: sed species in medio est idē realiter quod sentire(probo istaz. Quia species in medio est eiusdem speciei ꝛ rationis specifice cuz spē in organo: sed species in organo sensus est idez(per te)realiter ꝙ sentire. ergo etiam species in medio. Et in quocunqꝫ est sentire: illud formaliter sentit ꝛ cognoscit: (qꝛ impossibile est formam esse in aliquo: ꝛ nõ cõmunicare illi suum effectũ formalez: qꝛ hoc proprium est cuiuscunqꝫ forme ꝙ constituat suum sbm sm suuz esse formale.)ergo si sentire est in medio: medium sentiet. ¶Item secũdo ab effectu arguitur. Certum est ꝙ in vigilante vehementer distracto ad alia imprimunt species visibiles multorum obiectoꝝ visibilium: ꝛ tñ iste nõ videt. Similiter in dormiente oculis aptis imprimit species visibilis ꝛ tñ nõ videt. Similiter dormiens per sonum excitatur: quod nõ esset nisi reciperet spēm soni: ꝛ tñ iste dormiens nõ percipit sonum: qꝛ nõ dormiret neqꝫ sentit. Itē deus põt imprimere actũ imaginandi in imaginatiua sine spē imaginabili: sicut fecit in visionibus prophetaꝝ. ¶Item tertio ꝯtradicit sibi ipsi san. Tho. in pma parte.q.12.arg.2. Dicit enim ꝙ in patria habebit visio intuitiua de essentia diuina: ꝛ tñ sm ipm nulla species intelligibilis põt abstrahi de essentia diuina. ergo de aliquo obiecto intelligibili potest haberi actus ꝛ opatio actualis sine speciei sm ipsum: ꝛ pbatuz est ēt. ꝙ spēs põt haberi sine actu. ¶Et ꝯfirmatur hoc. Certuz est ꝙ spēs sensibilis est pnᵐ actus sentiendi ꝛ cã ipsius: sed pnᵐ ꝛ cã distinguunt realiter a causato. ergo spēs distinguet ab actu sentiẽdi. ¶Per hoc respondetur ad argumentum tuum. Quuz tu dicis. Si sensatio distinguit essentialr̄ a spē: ergo erit pfectior ipsa sensatio ꝙ̃ species. ergo recipiet in sbto nobiliori ꝛ spũaliori: ꝙ̃ recipiat spēs. R̄ndeo ꝙ sensatio recipit in subiecto spiritualiori

tualiori q̃ sit subiectuȝ in quo recipitur species sensibilis: tm̄ subiectiue: sed non oportet q̧ subm̄ in quo recipit̃ sensatio sit spūalius subiecto in quo recipit̃ spēs sensibilis ꝛ subiectiue ꝛ pceptiue. Unde si tu arguas. Subiectū aliqd̓ in quo recipit̃ spēs sensibilis est materiali⁹ illo subiecto in quo recipit̃ sensatio: ergo quodlibet in quo recipitur species sensibilis est materialius quocunqȝ subiecto in quo recipitur sensatio. Negatur argumentuȝ: quia tu committis fallaciam consequētis: ponēdo ꝯsequens. Et sic patet quantum ad istam difficultatem.

Aliorū eni cathegorēumatū nulluȝ ē separabile. Tex. cōmē. iiij. Q̃ō. iij.

Utrum sba sit sba⁹sit separabilis a q̄libet accidente. ¶ Et primo arg𝔲it̃ negatiue. loquendo de sba in comparatione ad accidens cōmune. Et arguit̃ sic. aut suba inq̄ntum suba est separabilis sic a quolibet accidente: aut inquantuȝ hec. Si primomodo ergo redibit opinio illa q̧ qꝛ sba puta dei p̄cedit quodlibet accidēs sequit̃ q̧ sba vt sba p̄cedit qd̓libet accidēs. Si vō dicat̃ q̧ sba vt hec pōt separari a q̄libet accidente. Contra arguitur sic. Data veritate istius sequitur q̧ homo poterit esse sine quolibet accidēte: ꝛ per ꝯsequens sine q̄ntitate ꝛ qualitate. ꝯsequens est falsum igitur ꝛ antecedens. falsitas cōsequentis pȝ. nihil potest separari ab eo qd̓ est de essentia ipsi⁹: sed qualitas ꝛ quātitas sunt de essentia hominis. ergo ꝛc. maior huius prosyllogismi p̄bat̃. qꝛ illa que sunt insepabilia sm̄ ꝯceptuȝ: vident̃ esse inseparabilia sm̄ esse. Sed illud quod est de essentia alicuius est inseparabile ab illo sm̄ cōceptuȝ. ergo erit insepabile sm̄ esse. minor aūt prosyllogismi p̄bat̃. Certum enim est q̧ ista homo est animatus. est p se in primomodo: ꝛ anima est de essentia hominis: sed omne animatum est corpus organicum. corpus aūt organicum importat q̄ntitatem ꝛ qualitatem ergo homo inquantū homo includit q̄ntitatem ꝛ qualitatem: qꝛ sicut includit organiçationem, ita etiam q̄ntitateȝ ꝛ qualitatem sine quibus corpus nō est organicum. ¶ Item p̄bat̃ secundo falsitas ꝯntis primo illati. nō potest aliquod esse corpus nisi sit figuratū: sed figura est de predicamento q̄litatis: ergo cuȝ homo sit corpus nō poterit esse sine qualitate. ¶ Tertio p̄bat̃ ideȝ: nō pōt esse homo: neqȝ intelligi: nisi cōstet ex suis p̄tibus: sed quecūqȝ p̄tes hoīs sic se habent q̧ vna est extra aliā: sed hr̄e p̄tē extra p̄tē est per q̄ntitatē. igit̃ homo in suo cōceptu ꝛ sm̄ rē de necessitate includit q̄ntitateȝ ꝯntia prima ꝛ p̄ncipalis est euidens. ppterea. qꝛ q̄ntitas ꝛ qualitas sunt accidentia cōia ipsius sbe. ¶ Secundo p̄ncipaliter arguit̃. probando q̧ falsum sit sbm̄ specificum posse separari a ꝓpria passione: q̄ntum ad dependētiam vt dicunt Scotiste ꝛ Anto. an. dicit̃ eniȝ ab istis q̧ quodlibet sbm̄ est prius tpe sua passione q̄ntum ad independentiam: nō tamen sm̄ causalitatem. Nam qꝛ est causa necessaria sbm̄ respectu sue passionis: de necessitate simul est cum effectu qui est ipsa passio: ꝛ vt sic est inseparabile ab ipsa: ꝛ ex ꝯnti simul tempore. His premissis p̄bat̃ intentuȝ. s. q̧ homo ꝛ quodlibet sbm̄ specificum simpliciter ꝛ per se est inseparabile a ꝓpria passione quocunqȝ modo. Et arguit̃ sic. Illud qd̓ includit cāl'itatem necessariam respectu alicuius effectus tanq̄ȝ aliqd de essentia sui: nō potest aliquo modo separari ab effectu. Ista propositio pȝ. Nā si nō pōt fundamentuȝ respectus separari a respectu: nec pōt ēt separari a termino respect⁹: sed ita est q̧ homo ꝛ quodcūqȝ sbm̄ specificum includit cāl'itateȝ necessariā respectu ꝓprie passionis tanq̄ȝ aliqd de eēntia sui. ḡ hō ꝛ quodcunqȝ specificuȝ sbm̄ vt sic nō poterit separi a passione. minor aūt p̄bat̃. Aut eniȝ hō ꝛ quodlibet sbm̄ specificū includit cāl'itatem necessariā passiōis. tanquā aliquid de essentia sui: aut tanquam accidēs. Si primo modo habetur intentum. Si secūdomodo arguitur sic. Aut enim causalitas ista est accidens per accidēs subiecti. Aut propriuȝ. si primomō. ergo talis causalitas nō competeret subiecto per se ꝛ necessario: qm̄ accidēs p accidēs est qd̓ cōtingēter cōpetit subiecto: ergo si talis cālitas est accidēs: ꝯtingēter competit subiecto. Si autē dicatur q̧ est accidēs proprium. sequitur processus in infinitum in causalitatibus respectu proprie passionis: qꝛ cālitas ista necessaria. est propria passio. ex quo est accidēs propriū ꝛ respectu cuiuscunqȝ passionis est assignare causam intrinsecam ipsius in subiecto cuius est passio. ergo respectu illius causalitatis erit assignare aliam causalitatem: ꝛ sic in infinitum.

Ad oppositū tamē est Ar. in. 7. meta. circa p̄ncipiuȝ. Qui vult: q̧ substantia sit prior quolibet accidente: ꝛ illa prioritas est prioritas nature: ꝛ sm̄ ipsuȝ. 5. metaphy. cap. de priori. illa sunt priora sm̄ naturam quecunqȝ contingunt esse sine alijs: ꝛ alia non sine illis. Et est tex. cōmen. 16.

In ista. q. sunt. 4. arti. In primo aliqua necessaria premittentur. In scd̓o determinabitur questio de accidente. communi iuxta primum argumentum in prin. In 3° terminabitur. q. de accidente proprio iuxta 2m argumentum. In 4° respondebitur ad argumēta in principio questionis.

Quātū ad primū primo notandum est: q̧ possibile accipit̃ dupliciter. Unomodo pro eo quod potest esse terminus potentie ꝓductiue alicuius agentis nālis: ꝛ istomodo nihil est possibile: nisi quod est ꝓducibile ab aliquo agente naturali. ¶ Secūdomodo capitur possibile p illo quod nō iplicat ꝯtradictionē in se ꝛ repugnātiam in suo cōceptu: ꝛ tale appellat̃ ab Ar. possibile logicuȝ. 5. meta. cap. de potētia. ꝛ est. tex. cō. 17. Unde possibile logicum est compositio formata ab intellectu cui⁹ termini nō iplicant contradictionem. ¶ Secundo notādum q̧ alteratio ꝛ generatio simpliciter dicuntur eē due mutationes realiter distincte: ꝛ qꝛ ista ꝓpositio negatur ab aliquibus presertim a concurrente. ideo dupliciter p̄batur. ꝛ primo sic. Ille sunt due mutationes: quarū sunt quatuor termini: sed alterationis ꝛ generatiōis sunt quatuor termini. ḡ ꝛc. Maior assumpta est māifesta: ꝛ minor p̄bat̃. qꝛ mutatio est inter duos terminos per se. Alteratio eni est ab eē sm̄ quid ad eē sȝ qd. G̃nātio est a nō esse simpliciter ad eē simplr. 5. physico. tex. cō. 6. Isti aūt sunt quatuor termini. igit̃ actiones ꝛ passiones medie erunt distincte. ¶ Et ꝯfirmat̃ hoc: qꝛ mutationes distinguunt̃ ex p̄ncipijs effectiuis: qꝛ cā effectiua nata est distinguere suuȝ effectū saltē originaliter ꝛ effectiue. Distinguuntur etiaȝ ex terminis. ex s̄nia Ar. 5. physico. qui distinguit mutationes penes terminos ad quos: ꝛ magis distinguunt penes terminū ad quem ꝛ denominant̃ q̄ȝ ex termino a quo. tex. cō. 4. Sed terminus ad queȝ alterationis est accidens: generationis aūt est sba. Isti aūt sunt termini distincti: ergo ꝛ mutationes sunt distincte. ¶ Secundo cōfirmat̃ hoc idē: imutatiōes ille sunt distincte realiter quarum vna pōt esse altera nō existente pȝ hoc per p̄muȝ p̄ncipium. sed ita est q̧ existente alteratione pōt nō esse g̃natio: vt pȝ in multis: ergo alteratio ꝛ g̃natio distinguunt̃ realiter. ¶ Sȝ si dicas: q̧ alteratio que ordinat̃ ad g̃nationeȝ est eadeȝ realr̄ g̃nationi: sed alteratio que nō ordinat̃ ad g̃nationeȝ distinguit̃ ab ipsa. ¶ Contra hoc arguo sic. Alteratio ordinata ad g̃nationē pōt esse sine g̃natione: ergo ista alteratio distinguit̃ realr̄ a g̃natiōe ꝯntia bona: ꝛ aīs p̄bat̃. Esto eniȝ q̧ sit aliqd̓ vnuȝ alterans qd̓ alteret ipm̄ alterabile p aliq̄ntū tp̄s: sit illud tp̄s. A. in vltimo instāti tp̄is. A. corrūpat̃ p aliquā potētiā ipm̄ alterans: qd̓ sit ignis exēpli gratia. Certum est q̧ ad istam alterationē nō sequit̃ forma substantialis: qꝛ nō potest ꝓduci forma sbalis sine g̃nante: sed ita est q̧ in isto istāti nō ē g̃nans. ḡ in isto istāti nō generat̃ forma substantialis: neqȝ cōpositū: erit ergo alteratio ordiata ad generationē dato q̧ nō

sit gñatio. Per oppositũ pbaf. q sit gñatio ab aliquo generãte: qd tñ nõ sit alterans: qz pono q ignis alteret stupã: z volo q in fine illius alterationis destruaf vt prius ignis alterãs: z pducaf de nouo ali' ignis: tũc in illo alterabili disposito gñabitur forma sbalis ignis a gñante: qd nõ erit alterãs. q̃re zc. ¶ Sõ. 2° arguif aliter ad idẽ sic. Si gñatio est eadẽ alterationi: aut est eadẽ in pncipio alterationis aut in fine: si in pn°: z nõ est gñatio: sine genito: g in pn° alterationis erit sba genita. si vo dicis q gñatio ẽ eadẽ alterationi in fine alterationis. Tũc sic. Alteratio a pn° vsqz ad finẽ est vna simplex mutatio: z nõ minus simplex q̃z terminus eius: sed ita est q in pn° alteratio ẽ vnica z simplex mutatio. ergo z in fine. Ex quo sequif q nõ erit in fine mutatio alteratio. z mutatio generatio.

His premissis. Quantum ad scdm arti. pono ɔclusionẽ istã. Non repugnat sbe vt sba est esse sine quolibet acciñte (loquendo de accidente cõi z absoluto.) ¶ Ista ɔclusio pbaf dupl'r. pmo i pticulari de accidente cõi absoluto. scdo gñaliter de oi accidente. pmo sic. Quecũqz sic se hñt q sunt duo absoluta eẽntialr ordinata sm prius z posterius z realr diuersa: nõ repugnat priori eẽntialr separi a posteriori. ¶ Ista ppõ pbatur: z declaraf. pmo in ipsa sumif hoc qd dico. duo absoluta: qz si vnũ eẽt absolutum z alterũ respectiuũ dato q ista hñent alias cõditiones: adhuc staret q absolutũ non posset eẽ sine respectiuo: qz albedo a. z albedo b. cõparata ad respectũ silitudinis qui fundaf in ipis albedinibus q̃ñcũqz ista z respect' sint duo eẽntialr ordinata z realr diuersa: nõ poterit separi albedo a silitudine ambab' albedinib' positis in esse. Scdo dico. Duo eẽntialr ordinata sic q vnũ sit prius altero: qz vbi essent sil nã nõ possent separi abinuicẽ. 3° dico. Duo realr diuersa qz vbi essent eẽntialr ordiata, z nõ realr diuersa: sz eadẽ: nõ posset vnuz separi a reliquo. sicut appet de eẽntia creature: z de respectu ipsius ad deũ. Silr de essentia cõpositi sbalis: z depẽdentia ad ptes intrinsecas eẽntiales a qua dependentia fundamẽtũ absolutũ nullomõ põt separi. ¶ Ista propositione sic declarata assumo istam minorez sub ipa) suba vt sba z accñs cõe sunt duo absoluta (saltẽ loquendo de aliquo acciñte cõi) essentialiter ordinata: z realr diuersa: ergo nõ repugnabit sbe vt sba est (que quolibet tali accidẽte cõmuni est prior) esse sine ipso. ¶ Et ɔfirmaf ista rõ: qz prius in suo priori nõ dependet a suo posteriori q̃ñtũ ad esse: qz cũ sit prius: in aliquo priori hz esse in quo nõ intelligitur posteri': iõ sibi nõ repugnabit esse sine posteriori: z habetur ex. 5. meta. vt allega^m est. t. c. 16. vbi dr priora sm sbaz z nãz sunt q̃cũqz ɔtingunt esse sine aliis z alia nõ sine ipsis: ad quẽ moduz prioritatis reducit oẽs alios modos: sed sba z accñs cõe absolutuz sunt hõ: ergo zc. ¶ Scdo pbaf eadez ɔclusio gñaliter sic. Illa que sunt termini distinctarũ pductionũ eẽntialr ordinatarũ vni nõ repugnat esse sine reliquo (sicut pductioni priori non repugnat eẽ sine pductiõe posteriori) sed ita est q substãtia z accñs sunt termini distinctaz pductionũ (qz sba gñatiõis: accñs alterationis: aut alicuius alterius mutationis seu pductionis accidẽtalis: que distinguif ɔtra gñationez simpl'r) z gñatio est prior realr alteratiõe z quacũqz alia mutatione: igif substãtie nõ repugnabit esse sine accidente. maior est manifesta: z minor pbaf: q̃ñtũ ad secũdã partez. q gñatio sit prior alteratione eẽntialr: z aliis mutationibus accidentalibus: qz mutationes accipiũt esse ex pncipiis z terminis ipsaz: z silr ordinẽ accipiunt ex ipsis. Tum qz hoc dicit Ar. 5. physicoz: vt allegatũ est superius q mutatiões specificanf a terminis: z pariformiter nõ negat q a principiis formalibus elicitiuis. Tum qz mutationes sunt relatiões z respectus de pdicamẽto passionis z relationes accipiũt spẽm z ordinẽ a fundamẽtis z terminis. Igitur q̃lis ordo iter pn^m gñationis: qd est sba: z terminum ei' i z pn^m: z terminuz alterationis seu aliaz mutationum accidẽtaliũ: talis erit ordo iter gñationẽ z alias mutatiões: z ita (cum sba sit prior eẽntialr q̃libet acciñte: ex hoc. 7. meta. tex. cõ. 4.) sequif ppositũ: q gñatio erit prior essentialr quabibet alia mutatiõe accñtali. ¶ Os si dicas. q ordine originis alteratio pcedat gñationẽ. qz nõ põt agens nãle generare: nisi prius alteret sbm generationis. ¶ Cõtra. si agens nãle prius alteret q̃z gñet hoc est pp impfectionez z limitationẽ vtutis actiue ipsius agẽtis. Nõ eniz põt agẽs limitatũ z impfectũ imediate ex sua limitatiõe attingere terminũ: pmo z pncipalr intẽtũ: qz (quũ agẽs impfectuz ex sua impfectione pcedat de impfecto ad pfectũ) terminus pmo intent' a gñante est sba termin' intẽt' p accidẽs est forma accñtalis: g prius tale agẽs inducit formã accñtalẽ q̃z sbalez: sed si eẽt aliq̃ virt' actiua pfecta: nõ habẽs aliqd ɔtrariũ in passo qd subijcif eius actiõi: pmo introduceref termin' p intẽtus: q̃z illud qd p accidẽs itẽderef. Ulteri' cũ agẽs nãle iueniat in passo dispositiones ɔrias forme itroducẽde z corrũpit eas q corruptio nõ põt eẽ nisi p alterationẽ: z totũ hoc ẽ ex resistẽtia passi ad agens pp impfectionẽ vtutis actiue agẽtis nãlis. Ex quo sequif q vbi eẽ pfectũ agẽs itroducẽs formã subalẽ prius esset gñatuz q̃z alteratũ: qz nõ introduceret formas accñtales disponẽtes passuz. sz solũ ɔseruãtes formã subalez in passo: q posteri' ordine nãe itroducerenf q̃z forma substantialis.

Quãtũ ad tertiũ arti. Utrz sba possit separi a quolibet accidẽte ppzio sic q talis sepabilitas nõ iplicet ɔtradictionẽ. Notandum est q duplex est opinio de sbto respectu passionis: z de cãlitate ei'. Una opinio tenet: q sbm est tm cã nãlis passiua z in qua fundaf ipa passio: ita q sbz nõ hz nisi cãlitatẽ nãlẽ. que opinio ẽ san. Tho. z sequatium ei' dicẽtiũ. q nõ cãtur passio a sbto: sz a cãnte sbm effectiue: p moduz seq̃le: sicut cuz gñaf sba: gñatur q̃ñtitas: nõ q sba sit cã effectiua respectu q̃ñtitatis exñtis in ipsa: sed solũ pviã sequele: qz quũ sba gñaf: gñatur z q̃ñtitas. Alia est via Doct. sub. que tenet. q sbm nõ tantũ est cã nãlis respectu sue passionis: sed ẽt est cã effectiua eiusdem ex eo q subiectũ icludit pn^a eẽntiala sufficiẽter pductiua ipi' passionis que sunt gen' z dña subiecti: z ppzia passio fluif a differentia specifica: z ideo subiectuz põt dici esse pn^m efficiẽs talis passionis. ¶ Si teneatur pma via respõdef ponẽdo istaz cõclusionem ɔñter. q suba vt substãtia est: est sepabilis a ppzia passione nec (posito pncipio istorum) põt oppositũ huius cõclusionis teneri: que cõclusio probaf sic. Omnis potẽtia passiua est potẽtia ɔtradictõis que est indifferẽs ad quodlibet extremuz eiusdem: sed potentia subiecti respectu passionis est potẽtia passiua nõ productiua. ergo zc. ergo poterit subz eẽ sub ppzia passione. z sub nõ eẽ ipsi' maior pncipalis pbaf auctoritate z ratiõe. Auctoritate sic. Ar. 9. meta. tex. cõ. 17. pbat: q omnis potentia passiua sit potentia ɔtradictionis: sic eniz vult probare: q actus sit prior potẽtia: z hoc mõ. Incorruptibile. est prius nã corruptibili. Sed incorruptibile est actus: corruptibile potẽtia. ergo. zc. Probat aũt minorẽ: qz corruptibile põt esse z nõ eẽ sz potẽtia est q aliqd põt eẽ vel nõ esse vel simpl'r vl sz quid. g zc. Tũc arguif sic. aut ista est diffinitio adeq̃ta potentie passiue: aut nõ. Si sic: g ois potẽtia passiua est talis: q respicit eẽ z nõ eẽ: saltẽ successiue: Si nõ: g potẽtia terminaf ad alteram ptẽ ɔtradictiõis: sz nullũ tale ẽ possibile eẽ vt dicit Cõmẽ. ergo eẽt possibile esse: z nõ esset posse esse. ¶ Sõ. 1° Ar. dicit: posse aũt oẽ ɔtingit nõ actu eẽ. Aut intelligit q possibile nõ sit in actu absolute z sit purum nihil simpl'r aut intelligat q non sit in actu: qz est possibile z in potẽtia: non primo modo: qz secũdũ ipsum purũ nihil non transmutatur ad esse. ergo secũdo modo: z ita intelligit q possibile est illud quod est sub non esse alicuius: z postmodum est sub esse. ¶ Sõ. tertio ista sunt verba Ar. Est autem potentia nihil sempiternũ. Ratio vero hec: omnis potentia simul ɔdictionis ẽ. qd qdẽ eni non possibile existẽ: nõ vnqz existit in aliquo. Possibile aũt oẽ ɔtingit non actu esse. Ex qua snia colligitur: q oẽ quod est possibile potentia passiua

passiua:includit negationē actus ⁊ eē. ¶Scđo principaliter maior pncipalis arguit rōne. passiones disiūcte entis sunt tales q̄rū vna includit negationē alteri⁹:ẜ po⁹ includit negationē actus:⁊ p ꝯñs potētie vt po⁹ est nō repugnat esse sine actu:⁊ ex altera pte pōt eē in actu:ẜ po⁹ cōtradictionis. ¶Rūdet ꝙ nō repugnat po⁹ passiue eē sine actu inq̄ntuꝫ po⁹ est: sed bene et repugnat inq̄ntū hec: hoc est inq̄ntuꝫ est po⁹ passiua determinata in spē:sicut repugnat homini:vt hō esse sine risibilitate ;sed nō inq̄ntuꝫ sba aut po⁹ passiua in nā. ¶Cōtra : aut tenet vniuocatio po⁹ passiue ad quālibet po^m passiuā:⁊ silr act⁹ ad actuꝫ quēlibet receptibilem in po^a:aut nō:si dicas ꝙ sic:sic arguit.qcqd essentialr cōpetit supiori essentialr cōpetit inferiori:ẜ essentialiter cōpetit potentie passiue:vt passiua est eē in re sine actu receptibili:ergo non repugnabit potētie passiue:vt in determinata spē : ⁊ ita nō repugnabit homini inq̄ntuꝫ potētia passiua talis ⁊ determinata eē sine risibilitate. Si vo teneat equiuocatio potētie ⁊ act⁹. Cōtra.ꝯñia Ar.nō valeret.s.hic actus pcedit hanc potētiā.ergo oēꝫ potentiā. Stat.n. ꝙ actus qui importat p hoc qđ dico incorruptibile pcedat potētiā iportatā p hoc qđ dico corruptibile:⁊ tñ ꝙ act⁹ nō pcedat quālibet potentiam.imo ꝯñtia ipsa cōmitteret fallaciā ꝯsequētis:qr bñ sequeret:act⁹ incorruptibilitatis pcedit omnē potētiam ergo potētiā corruptibilitatis: sed arguere econtra nō valet.s.hāc potentiā pcedit ergo oēm:qr arguit ab inferiori ad suū supius affirmatiue vlr ⁊ distributiue.Vñ Ar.intēdit pbare:ꝙ act⁹ simpliciter est prior po^a:⁊ ex ꝯñti q̄cunqꝫ potentia. ¶Itē.scđo ꝯtra respōsionē datā tu dicis ꝙ huic po⁹ inq̄ntuꝫ hec repugnat eē sine actu:sicut mãe celi repugnat esse sine forma sbali ẜ aliquos. ¶Cōtra quero quid addit ly hec.supra potentiā passiuā. aut addit aliqđ ptinēs ad causalitatem mãlē pcise: aut ad aliquā aliā causalitatem. Si pmomō cū causalitas mãlis tñ sit esse in quo aliqđ est:⁊ istud sic esse in quo non ponat aliquā necessitateꝫ:neqꝫ ex pte subti:neqꝫ ex pte forme :ergo adhuc nō repugnabit mãe eē sine forma. Si vero des 2^m.habet intētuꝫ: ꝙ ipsa necessitas inexitie forme nō ē ex pte subti vt subm est.hoc est vt cā mãlis in q̄. Necqꝫ valet fugere ad inclinationē mãe respectu forme : qr si penes istā inclinationeꝫ forma esset in mã necessario:ergo omnis forma necessario esset in mã:qr ad ipsam nãliter inclinat. ¶Q si dicat.ꝙ magis inclinat in istā. ¶Contra.maior aut minor inclinatio nō necessitat mãm sub forma nisi forma esset illa ad quā mã summe inclinaret:q̄ nulla est: vt nūc presuppono quod alibi hꝫ declarari. ¶Item secunda rōne arguit ad hanc maiorē principalē ꝙ omnis potentia passiua sit po⁹ cōtradictionis sic . Possibile distinguit ꝯtra necessariū ⁊ ipossibile.ipossibile eni ita respicit non esse. ⁊ ad ipsum determinat : ꝙ nullomodo respicit esse. Unde impossibile est illud quod nullo modo potest esse. Necessarium aūt ita respicit esse:ꝙ nullomodo nō esse :quia necessarium est illud quod ita habet esse quod nō potest non esse: vt pꝫ per Ar.5. meta.ca.de necessario.tex.cō.6. Si ergo possibile dictū a po⁹ passiua determinaret ad eē sic:ꝙ nō possꝫ esse sub nō esse illius respectu cuius est po⁹ passiua:esset simplr necessarium ; si vero ad nō esse determinaret:si ꝙ nō posset recipe esse ; esset impossibile. ẜ cū possibile sit mediū inter necessariū ⁊ impossibile sic respicit eē:ꝙ etiaꝫ potest eē sub nō esse: ⁊ ita ad neutrum istoꝝ determinat. ¶Item ad ideꝫ 3⁹ arguit sic. Ideo potentia passiua est ad esse:qr ēt potest ab alio recipere.s. ab agente. Si autem ab alio recipit esse q̄ntuꝫ est ex se illo circunscripto:est sub nō eē:quia omnis mutatio est inter opposita:si ergo po⁹ passiua de se est sub nō eē: ⁊ sibi non repugnat habere eē per agēs.ẜ respicit esse ⁊ nō eē. ¶Ad illud qđ dicit.ꝙ passio insequēs sbm:gñatur ad gñationeꝫ subiecti per modū sequele. ¶Cōtra hoc argutū est superius: qr termini distincti requirūt actiones distinctas : quēadmodū est in pposito de ppria passione ⁊ de subto :quoꝝ vnū est qualitas ẜm viam cōem:⁊ alterū est sba:loquēdo de subiecto in gñe sube:ergo ista duo diuersis acquisitionibus ⁊ actionibus inducunt ab agente seu pducuntur. ¶Et ꝯfirmat hoc.qr illud est cā p se alicuius qđ circunscripto quocūqꝫ alio ipso posito.pducit effectus in esse: sed circūscripto gñante ad imaginationē:⁊ posito subiecto in esse:sequit de necessitate ipsa passio que fluit a differētia specifica subiecti:⁊ ex ppriis pncipiis ipsius.ergo subiectū est:causa respectu passionis. Assumptū p maiori.pbat. Licet sit de se euidēs :qr cā est illud ad cuius esse sequit aliud. ¶Itē cōfirmat: ꝙ sbm sit cā passionis p se: qr illud est cā p se alicuius effectus: qđ ꝯtinet in se pncipia sufficiēter pductiua ipsius. Sed ita est ꝙ sbm est hꝫ: cū a pncipio ipsius fluat ipsa passio:vt dictū est: ⁊ videt ꝙ sit cā effectiua. Tum ex rōne superius adducta de potētia passiua:que est potētia ꝯtradictionis. Tum qr posito subto in eē reducit ipsa passio de nō eē ad esse : in re ⁊ existētia actuali. Q aūt sic reducit effectū de nō esse reali ad esse reale:est cā efficiēs:cuius causalitas pncipaliter respicit effectū quo ad existētiā actualeꝫ. ¶Item ista rñsio:ꝙ passio pducit per modū sequele: tollit oēm viā ad pbandū aliquid eē per se ⁊ realiter effectū alicui⁹ agētis: qr dicaꝫ ꝙ calor nō capit eē effectiue ab igne: sed ē sequela ignis. Similiter ꝙ mundus nō est effectiue a deo ; sed est sequela dei : ⁊ breuiter ꝙ omnis effect⁹ est sequela sue cāe:⁊ nō a sua cā effectiue. ¶Ex his apparet determinatio tertii articuli ẜm primā opinionē. ¶Q si teneat opinio ꝙ sbiectuꝫ nō tantuꝫ sit cā mãlis:sed ēt effectiua. Rñdetur ad difficultatē negatiue.vꝫ. ꝙ sbm nō est separabile ab accidente pprio. Et hoc est qđ dicit Sco. in meta. ꝙ lꝫ sbm possit separari a passione q̄ntū ad indepēdentiā: qr in nullo sbm dependet ppria passione:nō tamen est separabile q̄ntuꝫ ad causalitatem:qr est cā necessaria eius:⁊ qr posita causa necessario causante effectum necessitate simplr:de necessitate ponitur effectus:ideo posito subiecto:necessario ponitur passio. Hec que dicta sūt de separabilitate;ꝙ sbm est separabile ab accidente : intelligantur de separabilitate:ẜm potentiā logicaꝫ : que potentia est non repugnantia terminoꝝ:⁊ ēt po⁹ metaphysica que est ꝙ in conceptu formali ipsius sbe vt sba est:⁊ inq̄ntum hec sba nō includit aliquod accidens: ⁊ pp hoc nō repugnat sbe vt sba est eē sine quodlibet accidēte: saltē cōi. Sed si loquamur de sepabilitate ẜm potētiā physicam ⁊ nãlē(cū talis potētia respiciat mãm sensibileꝫ ⁊ q̄ntam. de qua hꝫ pduci cōpositum sbale : ⁊ ēt cū agēs nãle nō agat nisi mediantibus qualitatibus actiuis aut passiuis)non potest sba vt sba est:naturalis separari vlr a quolibet accidente cōmuni:⁊ sic ad questionem responsum est ⁊c.

Modo de vltimo arti.respondetur ad argumēta pnci. Et pmo ad pmū dicendo: ꝙ necduꝫ sba in cōi. sed ēt in pticulari potest separari a quolibet accidente. Et cū dicit.ergo hō poterit esse sine quātitate:concedo ꝯñtiam:⁊ ꝯñs:qr hoc nō est impossibile:vt dicit Sco.in reportationibus parisiensibus di.42.q.2⁹. primi. Rñdendo ad tertium argu^m.qr sba vt sic cōcludit precise in suo cōceptu formali illa que sunt in gñe sbe:nō autem que sunt in aliis predicamentis.ergo quelibet sba poterit habere ꝯceptum formalē quiditatiuum nō includendo nec intelligendo q̄ntitatē. Et cum dr homo est corpus organicuꝫ ⁊ aiatū. Dico ꝙ corpus organicum quod ponitur in diffinitione anime non dicit q̄ntitatem:sed dicit totum habens plures partes specifice distinctas : nō tamen vt extensas per q̄ntitatem. ⁊ breuiter in nulla diffinitione sbe requiritur necessario accidens. ¶Notanduꝫ tamen ꝙ manus:caput:⁊ cetere partes que sunt organice possunt cōsiderari vnomodo vt sunt dispositiōes quātitatiue seu qualitatiue:alio modo vt dicūt partes specificas essentialiter diuersas:penes diuersas formas substātiales. Primomodo vt organicum dicit tales dispositiones:non ponit in diffinitione hominis: sed bene secūdo

modo: qr caput vel manus vt sunt organica scdo mō: nō dicunt nisi plures ptes fbales: ꝛ cōposita plura specialia ex mā ꝛ formis substātialib⁹ specifice distinctis: ꝛ ita nō describit aiatū per organicū iportans qȝtitatē ꝛ q̄litatē: ſȝ solū iportās plures rōnes fbales eēntialr ꝛ specifice distinctas. ¶ Ad secūdā pbationē falsitatis ꝯñtis: cū dicit corpus est figuratum ꝛc. Dico ꝙ figura duplr accipit. Uno modo positiue. alio mō puatiue. Primo mō dicit qȝdam determinationē extrinsecā alterius gñis a qȝtitate: ꝛ hec figura ē in pdicamēto q̄litatis put dicit determinationē qȝdaȝ q̄litatiuā extrinsecā alterius gñis ꝛ extraneam. s. a corpe ꝛ a qȝtitate: qūo loquit Ar. de figura in pdicamentis. in ca. de q̄litate. secūdo mō figura accipit puatiue. ꝛ isto mō dicit determinationē qȝdā intrinsecam que nihil positiuum addit vltra corpus de genere qȝtitatis aut de gñe sube: sed tantum puationē ad vlteriores ptes: sic loquit auctor sex pncipiorū de figura. ꝙ artifex facit figuraȝ incisionis nihil addendo: sed poti⁹ remouēdo. Ex his videtur ꝙ si capiat figura puatiue: nō est possibile corpus de pdicamēto sube ꝛ multo minus hoiem esse sine figura: sed hoc iplicat ꝯtradictionē: ꝛ est simpliciter ipossibile: sed si capiatur figura positiue: nō repugnat corpori pdicamēto sube: nō solū vt corpus sed vt in spē eē sine figura: ꝛ ita nō repugnabit corpori de pdicamēto sube esse sine qȝtitate: sicut ēt sine q̄litate absqȝ eo ꝙ ista separatio iplicet ꝯtradictionē. ¶ Ad tertiā pbationē cuȝ dicit. Nō pōt eē hō nisi ꝯstet ex suis ptibus ꝛc. Dico ꝙ hēe pteȝ extra ptē pōt itelligi duplr. Uno mō eēntialr ꝛ entitatiue. alio modo dimēsionalr ꝛ extēsiue. Primo mō ps est extra ptē: qr suaȝ eēntiam nō est illa ps extra quam dicit esse: ꝛ hoc mō circūscripto quolibet accñte: caput est extra pedeȝ. ꝛ distinguit ab illo: ꝛ sic vnū esse extra aliud nō est per qȝtitateȝ: sed p essentiā rei que ab alia eēntia distinguit. scdo mō pteȝ esse extra ptem de necessitate est per qȝtitatem. Ad ppositū applicando. homo necessario ex sua ratione formali constat ex suis ptibus: quarum vna est extra aliā eēntialiter: non dimensionaliter ꝛ extensiue. ¶ Ad secundum principale ꝛ vltimū respondetur. ꝙ causalitas intrinseca in subto potest accipi dupliciter. Unomodo pro causalitate actualis: aliomodo pro causalitate aptitudinali. Primomodo est accidēs p accidēs: ꝛ tñ necessariū ꝛ inseparabile: ꝛ negat ꝙ oē accidēs per accidēs cōtingēter insit sic ꝙ nō necessario. secūdomodo causalitas est ppria passio: ꝛ accidēs ppriuȝ. Et cuȝ tu dicis: ꝙ ante istā causalitatē: erit alia causalitas prior. Negat. qr sicut actionis non est actio: ex. 5. phẏsi. tex. cō. 10. Et motus est nō motus in ratione pncipij elicitiui: neqȝ in ratione termini: ita causalitatis nō est causalitas i tali genere pncipij aut termini: vnde cāitas nō cātur: sed est quo aliqd causat: sicut albedo nō est alba: sed est illud quo aliquid est album.

In q̄ igit nō icrit rōne ipȝ dicēte ipȝ ſ rō ei⁹ qd qd erat eē. T. cō. xj. Q. ō. iiij.



Trum predicata pertinētia ad quod quid est sint pcise per opus intellectus. Quia in ista. q. adducitur opi. san. Tho. que ab An. an. improbatur: ideo. M. fran. Mentonen. sustinēdo ipsam: pbat tribus argumentis: ꝙ pdicata ptinentia ad qd qd est: sunt collecta ſm rationē ꝛ intellectū: cuius oppositum tenet An. an. ꝛ alij Scotiste. ¶ Et pro pmo argumēto presupponit duo. Primum ꝙ scientia est de eternis ꝛ incorruptibilibus: ista ppositio patet: ex snia Ar. primo posterio. ꝛ. vij. meta. tex. cō. 53. Scdȝ qd presupponit ē: ꝙ quotiēscūqȝ intellectus intelligit ꝯclusiōes ꝛ pncipia necessaria semp pariformiter intelligit. nec est veȝ: ꝙ diuersificetur in intelligendo. ¶ Istis stātibus arguit sic. Ois scia est de eternis ꝛ necessarijs: ſȝ cōclusio scibilis ꝛ pncipia nō sūt eterna ꝛ necīa: nisi per intellectū. g pncipia cōclusionis hñt eē per intellectū. Discursus ē bon⁹: ꝛ maior patet per pmū suppositū. Q aūt cōclo sit eterna: ꝛ pncipia sint eterna patet. Sed ꝙ nō sint nisi p intellectuȝ apparet. Naȝ ꝯclusio est ꝯtingens: puta ista. hō est risibilis. silr hō est aial rōnale. ergo si habent eē eternuȝ: est p qȝto ꝯsiderant p intellectū. ¶ Scdo pncipalr arguit. ꝛ psupponit pmo: ꝙ lȝ vnio mãe cū forma dicat accidētalis: tñ est necessario requisita ad hoc: vt forma informet mām. ¶ Presupponit scdo: ꝙ licet aliqd nō sit i re: ꝛ in actuali exñtia: tñ intellect⁹ pōt id itelligere ac si esset in se. Istud declarat. Rosa eniȝ nūc nō est corpus: intellectus tamen pōt intelligere rosaȝ esse corp⁹ cū possit intelligere omne qd pōt esse. ¶ Istis stātib⁹ arguit sic. Esto ꝙ corpus sit pmuȝ predicatuȝ qditatiuū rose: quero: aut hoc est vt rosa est in actu corpus aut in aptitudine: si primo mō. g vnio actualis rosa cuȝ corpore est in actu: sed hoc est falsum: qr rosa nūc nō est corpus in actu sed in aptitudine: igit rosa est corpus qȝtuȝ ad vnionem aptitudinaleȝ extremoȝ: qr pp istā vnioneȝ ppositio est vera ꝛ necessaria: hoc aūt nō pōt esse: nisi p quāto intellect⁹ ꝯsiderat rosam qȝtum ad istā aptitudinē: g corp⁹ nō inest rose nisi p ꝯsiderationem intellectus: sed tale corpus est predicatuȝ quiditatiuū: ergo pdicata qditatiua nō sunt nisi per ꝯsiderationē intellectus. ¶ Tertio arguit pmittendo duo. pmū. Certū est ꝙ Ar. attribuit incorruptibilitateȝ vniuersalib⁹. primo posterioȝ. ꝛ 2° de gñatione: qr cum scia sit de vlibus. g vlia sūt icorruptibilia. Scdo psupponit: qd Ar. 2° de gñatione vult ꝙ sicut de corporibus elemētalibus est scia: ita de gñabilib⁹ ꝛ corruptibilibus. Probat eniȝ in scdo de gñatione de mixtis cōpositis ex elemētis corruptibilitas: sed ista sunt vlia. ergo vlia sūt gñabilia ꝛ corruptibilia. ¶ Ex his arguit. Ista sunt opposita. s. corruptibile ꝛ incorruptibile. ergo Ar. diuersimode de istis locutus est: vt arguat in forma sic. Nulla opposita possunt competere vni ꝛ eideȝ ſm idē esse: sed esse gñabile ꝛ in gñabile: esse corruptibile ꝛ incorruptibile sunt opposita: ꝛ attribuit ab Ar. ipsis vlibus. ergo ſm idem esse non competunt vlibus: sed ꝙ sint ingenerabilia ꝛ incorruptibilia non potest esse nisi per considerationem intellectus: ergo talia sunt per considerationem intellectus.

Ad oppositū arguit: probādo ꝙ principia cōclusionis in demonstratione habent aliquod eē ex natura rei: ꝛ arguit primo sic: illud est ens reale qd est principium alicuius effectus realis. Sed sic est ꝙ pncipia demōstratiua sunt cause ꝛ pncipia alicuius effectus realis: ergo pncipia demōstratiua habēt aliquod eē reale. maior est manifesta: nā causatio realis non debet nisi enti reali: qr impossibile est ꝙ effect⁹ realis dependeat ab ente rōnis: ens enim reale est illud quod non presupponit ens rationis. Minor vero pbat. Nam principia demonstratiua sunt cause notitie. conclusionis: sed cognitio est effectus realis: qr quodlibet quod est in predicamento est ens reale: vt patet: ex. 5. meta. vbi distiguit phs ens reale in. 10. pdicamenta: ergo cum notitia ꝯclusionis causet a principijs: principia sunt realia. ¶ Et confirmatur hoc. Illa que sunt principia agendi ꝛ mouendi intellectum sunt realia: qr actio in intellectu ꝛ motio est realis: ꝛ ex natura rei. Non enim lapis agit in intellectū: qr cōsiderat ab intellectu: sed pus agit ꝛ mouet itellectū qȝ ꝯsideret ab illo: g illa actio ꝛ motio est realis. Sed pncipia demōstratiua agunt ꝛ mouēt itellectū: ergo habent esse reale. ¶ Itē scdo ex pte termini: illud quod per se terminat actū intelligendi: ꝛ a quo dependet actus intelligendi est ens reale: sed pncipia demonstratiua per se termināt actū intelligendi: ꝛ ab eis dependet ꝛ mensuratur actus itelligēdi: ergo talia sunt entia realia. Discursus est bonus: ꝛ maior est manifesta: qȝtū ad qȝlibet sui pteȝ: qr terminare actū realē cōpetit enti reali. Uñ Ar. 5. physicorū remouet a relone ꝙ possit p se terminare motū pp minimā ei⁹ entitatē. Sȝ relatio realis hȝ maiorē entitateȝ qȝ ens rōnis: qr ens rōnis ē respect⁹ rōnis: respect⁹ aūt rōnis est minoris

est minoris entitatis q̄ respectus realis. ḡ si relatio realis nō pōt p se terminare actuʒ realē: multo min⁹ ens rōnis poterit terminare actionē realē: ḡ qd̓ p se terminat actū itelligēdi est ens reale: cū actus itelligēdi sit actio realis: pn⁹ demr̄atiua sic terminát. ḡ ꝛc. ¶ Quātū ad aliā ptēʒ maior pbaꝛ. qꝛ ipole est ꝙ ens reale depēdeat ꝛ mēsureꝛ ab ente rōnis. q̄re ꝛc. minor aūt pbaꝛ. Nā act⁹ itelligēdi in demr̄atiōe pus terminaꝛ ad pn^m q̄ʒ ad ɔ̄nē. Ulterius mēsuraꝛ a pncipijs: q̄zto. n. pn^a sunt pfectiora: tāto actus intelligendi est perfectior. ergo mensuratur a pncipijs.

In ista. q.

ponaʒ p aliqua notāda ex qbus patebit veritas partis negatiue. q. 2° respondebo ad argumenta in pncipio.

Quantum ad 2m̄. Cōtra istam pōnem instat. Et arguit pmo ꝯ fundamētū sue pōnis per qd̄ tenet: ꝙ idē numero in nā humana pōt repari: ⁊ nō in alijs. 2° ꝯ ꝯnem: ⁊ arguit sic pmo. Et psuppono illud qd̄ dicit. s. Tho. in pma pte. q. 89. ar. p. ꝙ aīa intellectiua hꝫ esse iperfectū ex corpus: ⁊ in corpe hꝫ esse perfectū: ex quo psupposito arguit ꝯ fundamentū suū. Habens oīno idē esse nō videt esse impfectū ex eo ꝙ pfectionem suā seu suū esse nō cōicat alteri. Sed aīa intellectiua extra corpus per te retinet idem eē qd̄ hēbat in corpe: ⁊ idē esse totius. ergo non est iperfecta sepata a corpe: ex eo ꝙ suum esse nō cōmunicat corpi: maior pbatur qꝛ cōicare suum esse alteri vel pfectionem alteri: nō est recipere pfectionem ab illo: sed magis dare. Unū hꝫ ad aliqd qd̄ est perfectū in se cōsequat cōicare suā pfectionē alijs: sicut est de itelligentia: ad quā ꝯsequit ista pfectio: que est cōicare esse alijs in mouēdo orbē: tñ ex ista cōicatione itelligētia nō pficit in se: qꝛ tūc sequeret ꝙ deus nō cōicando eē istis iferioribus: ēt impfectior in se: ⁊ ita pfectionē aliqꝫ reciperet a creatura: minor aūt est tua: qui dicis ꝙ aīa separata hꝫ oīno idem esse: qd̄ est eē totius. ¶ Itē arguitur scdo. Quecūqꝫ hñt idē esse oīno: vnū respectu talis eē nō potest dici impfectius reliquo. Sꝫ aīa itellectiua ⁊ totū compositū qd̄ est homo hñt idem esse. ergo aīa intellectiua nō dr̄ imperfecta in tali esse: si sit separa: ⁊ tamē totū compositū est perfectius in tali esse. ¶ Et ꝯfirmat. Impossibile est ꝙ sit eē alicuius: nisi sit illud qd̄ est hūs esse. Sed ita est ꝙ eē aīe itellectiue est idē esse cū esse totius. ḡ sequit: ꝙ si eē totius est: ⁊ totū hñs idē esse. ¶ Item 3° arguitur ex alio fundamēto ꝯ. s. Tho. tenet ipse ꝙ cōpositū dicit tertiā entitatem distinctā realiter a suis ptibꝰ. Ista tertia entitas totaliter desinit eē in morte hominis: alioquin hō nō vere moreret: sed quodcunqꝫ hꝫ esse interruptū ⁊ destruitur q̄ntum ad suū esse: nō pōt idē numero reparari. ḡ idē hō nūero nō poterit reparari. ¶ Itē 4° sm̄ ipsum ppriē passiōes distinguunt eēntialr a sbis potētie aīe: ⁊ maxime potentie sensitiue: que (sm̄ Ar. in de sensu ⁊ sen. in pn°. ⁊ in de somno ⁊ vigilia) fundantur imediate in cōposito. silr q̄ntitas distinguit essentialr a sba: ⁊ ista oīa corrūpunt: ⁊ desinūt eē in morte hois. ergo eadē passio: ⁊ eadē q̄ntitas nō poterit per potentiā diuinā reparari.

Secundo pncipalr. Contra ꝯclusionē in se arguit etiā. Si. n. deus pducat aliqd in instanti a. ⁊ ꝯseruet ipm in tpe imediate sequēti: certū est: ꝙ tale corruptū erit idē numero per te in istāti a. ⁊ etiā in tpe sequēti medio: atqꝫ etiā instāti b. ad qd̄ terminat tale tps intermediū. ḡ vbi pducat aliqd in instāti a. ⁊ in tpe medio nō ꝯseruet: ⁊ iterū in instāti b. ipsū pducat relinquitur ꝙ erit idē esse in instātia. ⁊ in istān b. pbat ista ꝯña. Idētitas ipsius esse in istāti b. ⁊ in istān a. si depēdet eēntialiter a ꝯseruatione ipsius esse in tpe itermedio dependet in aliquo gñe cause: aut in genere cause mālis: aut formalis: efficiētis: aut finalis. Non pōt dari ꝙ ab illo eē sic ꝯseruato essentialr dependeat in aliquo genere cāe: vt pꝫ discurrēdo per oēs. ergo nulloꝰ eēntialr idē eē in istāti a. ⁊ in istāti b. dependet ab ipso ꝯseruato in tpe intermedio. ¶ Probat ista ꝯña alio meꝰ: qꝛ si esset illud qd̄ tu dicis: ꝙ identitas istius eē in vtroqꝫ instāti dependeret ab ipso esse ꝯseruato in tali tpe medio. ḡ deus ꝙ erat in instanti priori nō posset creare in istān posteriori. ¶ Probat ꝯsequentia. Nā idētitas esse in istāti isto posteriori dependet essentialr ab ipso esse cōseruato in tpe medio dependētia essentiali: sꝫ nihil idē ⁊ vnū pōt esse ⁊ pduci sine eo a quo essentialr depēdet. ergo nō poterit idē esse ⁊ pduci in istāti posteriori. nisi ab eodem agēte eēt ꝯseruatū in tpe itermedio ⁊c. ¶ Itē 2° arguit. presupponēdo pmo ꝙ q̄cūqꝫ sic se hñt ꝙ vnū est pus eēntialr: ⁊ aliud posterius: vnitas ⁊ identitas prioris essentialr non dependet a posteriori essentialiter. Unde lꝫ ad distinctionem prioris distinguatur posterius. non tamen econtra. vt pꝫ in exemplo. Nā stante vnitate in causa pōt esse pluralitas in effectu. ¶ 2° psupponit: ꝙ duratio ⁊ diuersitas tpis seu instantiū: in qbus aliqua fiunt est posterior essentialiter ipso esse quod fit ⁊ generat. Isto stante arguit sic. Diuersitas posterioris essentialr nō ꝯcludit diuersitatē prioris in sua vnitate ⁊ identitate: sꝫ instātia ⁊ tps in quo ipsum esse pmanens durat: sunt posteriora essentialr re durāre. ergo lꝫ instātia diuersificent siue tps res pmanēs ⁊ esse positū in tpe nō diuersificat. maior pꝫ ex suppositis. minor appet. qꝛ siue instantia in tpe cōicent ad seinuicē: siue nō: semper remanet idem esse. Nam esse permanens distinguit essentialr a successiuo: ⁊ remanet idem in esse qbuscunqꝫ instātibꝰ ad seinuicē succedentibꝰ. Itaqꝫ non obstāte ꝙ instātia diuersificent: semp tñ remanet idē esse: loquēdo de esse cāto ⁊ pducto. ergo cū vnitas ⁊ idētitas ipsiꝰ nō dependeat essentialr a tpe: variato tpe: ⁊ ipso non cōseruato in tpe: adhuc poterit idem reparari. ¶ Hoc pōt sic confirmari. Si esse esset idem in a. ⁊ in tpe sequēti: ⁊ vlterius sit in b. intelligendo per b. instās ad qd̄ tale tps mediū terminatur: ꝯcederes ꝙ ipsum esse est oīno idem. ergo etiā vbi eēt in a. ⁊ in b. ⁊ nō cōseruaret in tpe itermedio: adhuc esset idem. Probo qꝛ in isto casu nō destruit nisi hoc quod est durare in tpe intermedio: quod est posterius essentialiter ipso esse durante. ergo pp̄ter diuersitatē huius qd̄ est durare: qd̄ est posterius esse durante nō variabit ipsum esse. ¶ Qꝫ si tu dicas: mensuratum dependet essentialiter a mensura: sed ita est: ꝙ tempus est mensura istius esse. ergo non poterit esse idem esse nisi sit idem tempus. ¶ Rñdeo ꝙ mensuratum dependet essentialiter a mensura que est eius mensura essentialis: sed non dependet essentialiter a mensura que est eius mensura accidentalis: modo esse permanens dependet accidentalr a tpe: qꝛ tps nō mensurat ipsū ens permanens: inq̄ntum permanens est: sed vt hꝫ esse in fluxu: ⁊ in motu: ex. 4. phys. Sed vbi mensuratum depēdet eēntialr a mensura: variata mensura: varia-

tur mensuratū. Isto° dicim° : q̄ scia mensurat̄ a scibili: ⁊ ita variato scibili variat̄ scia. ¶ Itē 3° arguit̄ p̄supponendo p̄mo: q̄ mutatiōes ille q̄ hn̄t terminos eiusdez rōnis: hn̄t eq̄lez cōpossibilitatē vel incōpossibilitatē: ⁊ q̄lz ipaꝝ est possis vel ipossis in se. Presupponit̄ ēt 2° q̄ mutatōes opposite hn̄t terminū eiusdem rōnis: sicut gn̄atio ⁊ corruptio hn̄t ipm nō eē: vna pro termino a quo: altera pro termino ad quē: ita q̄ nō esse ipsi° gn̄atiōis qd̄ est termin° quo ipsius est: eiusdem rōnis cuz nō esse: qd̄ est terminus ad quē corruptionis. Isto stante arguit̄ sic. Si aliqd gn̄at̄: nihil p̄cedens gn̄atiōnē est eiusdez rōnis cum nihilo destructionis in qd̄ cedit ipm destructū. Probo hanc maiorez: q: vtrobiq̄ nihil p̄uat ip̄z eē: ⁊ h̄z eq̄lez incōpossibilitatē respectū eē: ⁊ ei equalr̄ opponit̄. Sed nihil p̄cedens gn̄atiōnē nō ipedit gn̄ ip̄z eē idē possit gn̄ari. ḡ ⁊ ip̄z nihil in qd̄ cedit ipm destructuz nō ipediet: gn̄ ipm destructuz possit reparari. ¶ Probat̄ ꝯn̄ia. Q: si nihil sequēs destructionē alicu° ipedit p̄ductionē eē cui opponit̄: hoc esset pp̄ maiorē oppōnē ipsi° nihil ad eē: aut q: vnū nihil magis p̄uaret eē q̄z reliquū. Sz nullū istoꝝ ē. Est. n. eq̄lis oppō ⁊ eq̄lis p̄uatio respcū eē. ḡ si nihil p̄cedēs gn̄atiōnē nō ipedit gn̄ idez esse p̄ducat̄ ⁊ possit p̄duci: sequit̄ etiā: q̄ nihil sequēs destructionē nō ipediet. ¶ Et ꝯfirmat̄. Q: est eq̄lis potestas ex p̄te p̄ducentis ⁊ eq̄lis possibilitas ex p̄te rei p̄ducibilis: q: nō vr̄ q̄ ipa res p̄ducibilis gn̄ est destructa icludat maiorez ꝯdictionē ad eē: q̄z vbi nō eēt destructa: ⁊ ip̄z nihil i qd̄ cedit ip̄z destructū: nō magꝫ p̄uat eē: neq̄z magis oppōit̄ q̄z alteꝝ nihil p̄cedēs ipāz gn̄atiōnē. ḡ seq̄t̄ q̄ idē esse destructū poterit repari: seu nō iplicat ꝯdictionē gn̄ ip̄z possit in vnitate numerali repari. ¶ Sed h̄ insurgit vna difficultas. Utrum idem numero possit repari p̄ po^{am} nālem ¶ De hoc videas Sco. in. 4. sn̄iaꝝ. di. 43. q. 3. q̄ tenet p̄tē affirmatiuaz ꝯtra san. Tho. ⁊ ibi videbis mirabilia.

Quātū ad 3^{m}. art. ¶ Ad arg° in p̄n° q̄ faciunt ad oppositū qōnis videt̄: ⁊ p̄ ad fundamēta q̄bus nitit̄ san. Tho. p̄bare: q̄ eē interruptū nō possit idē nūero repari. cuz dicit: q̄ si aīa itellectiua desineret eē q̄ꝫtuz ad p̄tem sui entitatem: nō posset eadē numero repari. Negat̄ ꝯn̄ia: sicut negat̄: q̄ aīa itellectiua hēat idez eē cū esse toti° cōpositi. hoc. n. est falsuz: vt p̄batū ē. Et ad rōnē ei° cū dicit: q̄ tūc vnio aīe intellectiue cū corp̄e eēt accn̄talis: negat̄ ꝯn̄ia. Nā vnio nō est nihil ad ens: sed entis ad ens: ⁊ vnūq̄dq̄z qd̄ h̄z entitatē extra suā cām i h̄z ēt p̄p̄riū esse: q: nō est imaginādū q̄ aliqd sit ens ex se: ⁊ nō hēat p̄p̄rium esse: sz aīa itellectiua vnit̄ corp̄i. ḡ aīa itellectiua h̄z p̄p̄riū esse: ⁊ ēt corpus vt tactū est. q. 19. sup̄i° de indiuiduatiōe. vn̄ ista vnio est per se receptiui cum p̄ se recepto. Nihil āt pōt recip̄e seip̄z. ergo p̄ se receptiuū: ⁊ per se receptū hn̄t p̄p̄riuz esse. Nec sequit̄ q̄ ista vnio sit accidentalis: q: qn̄ receptiuū est tale per se: ⁊ receptibile est etiam per se (ad qd̄ p̄ se ordinat̄ ipm receptiuuz) totū est p̄ se resultans ex ipsis. ⁊ vnio p̄tis cū p̄te est etiā p̄ se. ḡ (cuz corpus sit per se receptiuuz aīe: ⁊ p̄ se ordinet̄ ad ipsam aīam: vt ad per se receptibile) totū resultans ex istis erit vnum per se.

Quātū ad vlti^{m}. Ad arg° in p̄n°. ¶ Ad p̄^{m} qd̄ adducebat̄ in p̄n° qōnis: dīco q̄ ipsum arg^{m} multiplr̄ peccat: ⁊ nulla est p̄pō assūpta q̄ nō sit falsa: qd̄ declarat̄ discurrēdo p̄ ipās. Cū tu dicis. illa q̄ hn̄t distinctas p̄ductiōes nō p̄nt eē idē nūero. Rn̄° q̄ verū ē q̄ illa q̄ sit̄ distictis p̄ductiōib° totalib° p̄ducūt̄: illa nō sūt idē nūero. Sz si illa hēant distictas p̄ductiōes successiue seu mutatiōes: nō op̄z q̄ ad distictas p̄ductiōes sequat̄ distictio termi p̄ducti: qd̄ declarat̄: ⁊ theolo^{ce} ⁊ phyſice. Theologice: q: resuscitatio erit disticta productio seu mutatio a gn̄atiōe: ⁊ tn̄ tu ꝯcedis: q̄ idē nūero hō poterit resuscitari. Hoc ē qd̄ vult Aug. 3° d̄ trini. ca. 9. Uult. n. q̄ idē possit gn̄ari vniuoce ⁊ equoce. Iste sūt distincte mutatiōes: ⁊ tn̄ idē termin° nūero: vl̄ saltē nō repugnat eidē termio nūero p̄duci distictis mutatiōib°. Prob° ēt phyce: q: idē vbi p̄t acq̄ri p̄ motū circularē ⁊ rectū: g mot° adeo sūt alteri° rō-

nis q̄ sūt ad seīuicē icōp̄abiles. ex. 7. phy. tex. cō. 22. Un̄ ē fallacia ꝯn̄tis ex distōne mutationū inferre distōnez terminoꝝ. bn̄ eni ex termis distinctio ꝯcludim° in ꝯn̄ia bona ⁊ formali distōnē mutationū: sz nō eꝯ: sz rō peccat sz ꝯn̄s. Silr̄ videt̄: q̄ dato q̄ eēnt disticte mutatiōes: nō sequit̄ q̄ mutatio p̄terita sit mutatio p̄ns: itelligēdo de p̄terita inq̄ꝫtū p̄terita. ⁊ de p̄n̄ti inq̄ꝫtū p̄ns ē. vn̄ ego dico: q̄ sic de° posset repare idez p̄ductū numero: ita posset reparare eadē mutationē. Et cum tu dicis: aut mutatio 2^{a} fiet p̄^{a}: aut p̄^{a} fiet 2^{a}. Dico q̄ illa mutatio q̄ est p̄^{a} fiet illa que est 2^{a}: tn̄ p̄a vt p̄^{a}: nō erit 2^{a} vt 2^{a}. ¶ Pro quo notandū q̄ in illa mutatiōe q̄ repat̄ a deo ē cōsiderare duplicē respectum. Primus respect° est ad t̄ps p̄teritum cui coextitit: est ēt ꝯsiderare respectuz in ipsa ad t̄ps p̄ns cui coexistit. Lz ḡ ipsa mutatio ⁊ s̄ba idest eēntia mutatiōis variet̄ s̄m istos respect°: nō tn̄ diceret̄ variari s̄m suā essentiā: ⁊ q̄ꝫtuz ad respectū coexistie: ad t̄ps p̄teritū. De° nō pōt facē q̄ ista mutatio nō fuerit sub isto respectu: ⁊ ita nō potest facē p̄teritū nō fuisse: tn̄ potest facē illud qd̄ ē p̄teritū: ⁊ habuit exn̄tiā ad p̄teritū hr̄e coexn̄tiaz ad t̄ps p̄ns. ⁊ per h̄ appet rn̄sio ad argumentū. ¶ Ad 2^{m} cuz tu dicis. Si idē effect° nūero repat̄: fuit p̄duct° in aliq̄ tēpore ⁊c. ꝯcedo totū vsq̄z ad hūc passum: cuz tu dicis. ḡ non poterit ipse effectus idē nūero repari: nisi t̄ps a. fiat t̄ps b. Ista ꝯn̄ia nō est nec̄ia: q̄m ad distōnez posterioris nō seq̄tur (in ꝯn̄ia foīali ⁊ nec̄ia) distō p̄rioris: sz bn̄ eꝯ. Nō t̄ps a. ⁊ b. sūt posteriora eēntialr̄ effectu repato: ⁊ disticta eēntialr̄ ab ipso. ḡ ad distōnez t̄pis nō seq̄tur distō rei permanentis. Si ēt diceret̄ q̄ idē t̄ps a fieret t̄ps b. nō esset incōueniens. Et cū dicis. p̄teritū inq̄ꝫtū p̄teritū fiet p̄ns. Nego h̄ assumptū: q: t̄ps p̄teritū vt p̄teritū ē. dicit respectū ad aliqd imaginatū p̄trāsitū. vt t̄ps p̄ns respectū ad aliqd imaginatū coexn̄s ipsi tēpori p̄n̄ti. Isti sunt respectus rōnis: ⁊ ita q̄ꝫtūcunq̄z variarent̄ isti respectus: non tn̄ sequit̄ q̄ variaret̄ eēntia t̄pis in se. ¶ Et si dicas. Unitas t̄pis est eius ꝯtinuitas: ⁊ silr̄ vnitas mutatōis ⁊ motus ē ꝯtinuitas. ḡ destructa ꝯtinuitate destruit̄ et° vnitas sed t̄ps a. non ꝯtinuat̄ b. ḡ non pōt esse idē. ¶ Rn̄deo q̄ alia est vnitas s̄m quā aliqd est vnū in se. Alia est vnitas s̄m quā vnitur alteri. Prima est vnitas absoluta. s̄cda est vnitas respectiua. Continuitas t̄pis: lz sit vnitas p̄tis ad partem: cui vnitur: ⁊ sit vnitas respectiua: non tamē est vnitas ipsius partis temporis s̄m quā est eadem sibi ipsi. Unde ista vnitas non est continuitas: sed manet semper manente essentia istius partis temporis: dato q̄ alteri parti non continuetur.

¶ De primo quidem igitur ente ⁊ ad qd̄ omnes. et infra.

¶ Quoniam vero est horum quidem vltimum vsus vt visus visio: et p̄ter hanc nullum sit alterum a visu opus Textu cōmenti. xvj. Questio. j.

Queritur. Utruz actio possit diuidi in actionē imanentē ⁊ trāseuntē. Et p̄bat̄: q̄ nulla sit actio imanēs: p̄supponēdo q̄ actio est ab agente in passum. Agēs aūt est tale p̄ potēaz actiuā: q̄ po^{a} actiua est p̄n^{m} trāsmutādi alterū inq̄ꝫtū alterū. Ex hoc arguit̄ sic. Illa actio nō manet in agente que recipit̄ in altero ab agente inq̄ꝫtū alteruz est: sed actio est h°: q: transit in passum qd̄ s̄m Ar^{t}. est alterū ab agente. ergo relinquit̄ q̄ nulla actio possit eē imanēs: cū nō maneat in agēte. Si enī maneret in agēte: seq̄ret̄ q̄ actio eēt fora absoluta: qd̄ est absurdū. ¶ Et ꝯfirmat̄: q: s̄z auctorem sex p̄ncipioꝝ. Actio est s̄z quā in illud qd̄ subiicitur agere dicimur. Si ḡ dicimur agere in illud qd̄ subiicitur ergo s̄bm ⁊ passum recipit actionē. ¶ Item 2° arguit̄ ex fundamentis.

fundamētis Doc. subt. q oīs actio sit trāsiens: qz s3 ip3 po passiua et actiua distinguunt ex nā rei: s3 actio trāsit a po actiua in passiuā: g oīs talis actio recipit ex po actiuā. g est actio trāsiēs. ¶ Itē 3° argr ꝯ Doc. subti. q ista diuisio sit supflua sm ipm: qz ex fūdamētis suis 1 et s3 ei opi. oīs actio fundat in agēte. g oīs actio est imanēs. Ex q sequit et sm ip3: q oē agēs mutabit: qz oē illud mutat qd recipit aliquā formā de nouo: s3 agēs est hmō. g et c.

Ad oppositum

tn est Aris. 9. meta. vbi vult: q actio sufficiēter diuidat i imanētē et trāseuntē. Et exēplificat de imanēte. Sic visio est in vidēte: speculatio in speculāte. De transeūte. sicut contexio est in cōtexto: edificatio in edificato.

In ista. q.

Declarabunt p̄ multa de actiōe imanēte et transeunte: ex quib patebit determinatio qōnis. Scdo instabit ꝯ dicta in p̄ articulo et soluetur. Tertio respōdebit ad argumēta in principio.

Quantū

ad p̄m est p̄ sciēdū q actio trāsiēs s3 doct. subti. est illa s3 quā aliqd pducit i eē reali: vl est termin actionis de gn̄e actiōis recept ex supp agēs: que actio trāsiens h3 duas ꝯditiōes: q̄rū vna est q trāsit in aliqd ex sbtiue et termiatiue: exēpli gra. Edificatio trāsit in aliqd ex: puta in domū: vt in terminū: et etiā trāsit in ipsā domū vt in sbm: qz edificatio recipit sbtiue in domo edificata. Actio imanens q̄ntum spectat ad ppositū est illa per quā nihil pducit ad ex in eē reali: sed bn̄ i esse intēnonali: q l3 trāseat ad aliqd ex vt in ter i nō tn̄ transit in aliqd ex vt in sbm. Exēpli gra. Volitio trāsit in obm volitū vt in terminū: qz volitio h3 fieri circa volibile: nō tn̄ trāsit subiectiue in obm volitū: sed manet in volūtate: aut in supposito volēte per volitionē: etiā l3 obz pducat in aliquo esse sm qd (puta in esse volito) per ipsā tn̄ nihil pducit in eē reali sicut fit per actionē transeūtē. Qd dixi de volitiōe: dico de speculatione: de visiōe: et de oibus istis opationib q manēt in ipso opante. ¶ Scdo notandū q ista actio imanēs distinguit ab actione transeunte: de qua est mētio in pposito: qz ista actio imanens est de gn̄e q̄litatis: i actio transiens est de gn̄e actiōis vel est termin actionis talis qui recipit vel pōt recipi extra agens. Silr ista actio imanēs est gra sui: et eē vltim finis po opantis: nō gra alicui alteri pducibilis per ipsā in eē reali. vt dcm̄ est: s3 actio trāsiens est gra alterius vel est aliqd pductū per ipsā ex agēs. de p̄ma actiōe facit mētionē Ar. p̄ et 10. ethic. volēs. q iste actiōes sint vltimi fines pōear. Silr in. 10. meta. vult: q p̄ter opus qd op vocat istas opatiōes imanētes: nō fit aliqd aliud: et aliqua alia actio. Iste aūt actiōes dnr opationes ab Ar. pp duas ꝯditiōes qs hn̄t que ꝯuenīūt ppriissimo mō actioni de gn̄e actiōis. p̄ ꝯditio est q illa actio depēdet cōtinue a sua cā in fieri et ꝯseruari. sic calefactio ab igne calefaciente. scda ꝯditio est q trāsit in aliud vt in terminū. Istas duas ꝯditiōes h3 ista opatio imanēs que est volitio: aut intellectio. Intellectio eni depēdet ꝯtinue a sua cā: puta ab intellu et obto in eē. nō dico in fieri successiuo i qz esse itellectiōis est esse pmanēs idiuisibile qd totū sil acqrit. Sed dico q depēdet in suo eē (qd accipit in p̄ instanti) et in ꝯseruari a sua cā: qua circunscripta nō est ipsa intellectio in itellectu. 2ᵃ ꝯditio est q de necītate p̄supponit aliquid ex: vt terminū ip3: et pene has duas ꝯditiōes dicimus ipā itellectionē et q̄cūq3 ꝯsilem operationē eē actionē: nō qdē de gn̄e actiōis: sed de gn̄e q̄litatis. Ex quo sequit correlariū q actio trāsiens h assignata: q agens formalr agit: iportat relationē et ē fora respectiua: qz de gn̄e actiōis. Sed actio imanēs h assignata est fora absoluta: qd appet de mēte Ar. locis p̄allegatis: vbi vult q tales opatiōes sunt pfectiones po opantis: respect aūt nō ē fora pficiēs sbm in aliq gradu pfectiōis. g et c. ¶ 3° principalr est notādū: q actio trāsiens pōt accipi sm viā Sco. vel pro actiōe qua agēs formalr agit: vel pro actiōe que est terminus istius actionis formalis que appellat actio acta. Si loquamur de actiōe p̄ma: ita h3 duas ꝯditiōes: quar p̄ma est: q p ipsam aliqd in eē reali pducit: vel educitur. 2ᵃ ꝯditio est: q ipsa transit in aliqd vt in terminū accipientē eē reale per ipsā: trāsit qdē terminatiue: s3 nō sbtiue: q recipiat in aliquo extra ipm agens. Propterea qz actio qua agens formalr agit: nō separat a fundamento primo ipsius: et ab eo qd est prima rō fundādi: sed potentia actiua est prima rō fundandi ipam actionē et relationē ꝯñtem actionē: potētia aūt actiua est in agente. g et actio. Sed loquēdo de actione acta: actio ista est talis: q p ipsā nihil in eē producit: sed est termin productus: trāsit tn̄ in aliqd extra agens nō solū vt in terminū. verū etiā vt in sbm: q aūt ista actio vere appellet actio appet de mēte Simplicij super p̄dicamēta: vbi q̄rit pp qd facere ponit p̄dicamentū: et nō factio: et r̄ndet q factio dr de actione et effectu actionis: facere aūt tm̄mō de actione: s3 certū est qd effect actionis nō est ipsa actio de gn̄e actionis: sed effect eius: et tn̄ s3 ipsū talis effectus actiōis est actio ergo nō tm̄ datur actio qua agens agit: verū etiam actio acta. Actio qua agēs agit semp est de gn̄e actionis: s3 actio acta est in omni predicamēto in quo pōt eē mot et aut aliqua forma q possit terminare actionē realr. Q3 ēt det ista actio acta: apparet de mente Ar. in. 2. de aia. tex. cōmē. 140. vbi h3 q actio visus est ipsa visio. visio. n. nō ē actio de gn̄e actionis: sed termin ei. g s3 ipm dat actio pducta. Hoc idē h3 Cōmē. in. 3. phyco. cōmēta. 18. vbi h3 q motor et motū sunt diuersa: actio tn̄ est eadē iter ipsa: et loquit de actione que est motus: capiēdo motū pro forma fluente. ¶ Ex his apparet q cū dcm̄ sit in p̄mo notādo: q actio trāsiens est illa p quā aliqd in eē reali pducit vel educit intelligit de actione de gn̄e actionis. Quū vo dr q actio trāsiens trāsit in aliqd extra sbtiue: et terminatiue: h3 intelligi de actiōe acta et pducta l3 Sco. in quolibet. q. 13. circa finē dicat: q actio trāsiēs est: de gn̄e actionis: hoc h3 intelligi sm ipm de actione qua agens formaliter agit: s3 loquēdo de actiōe acta verū est illud qd dr q ipsa recipit in aliquo extra ip3 agēs. ¶ Pro cōplemēto istius articuli p̄mi ē 4° et vltimo aduertēdū: q actio que [illegible] p̄dicamētū pōt distingui in actionē imanentē: et in actionē trāseuntē. l3 hoc nō sit ac intētionē phi. in. 9. metace. Pro quo est notandū: q sicut ad formā inductā in aliqd passum: extra suppo agēs est aliq actio de gn̄e actionis: ita ad formā iductā in ipso agente est aliqua actio eiusdē gn̄is. Sicut. n. calor induct in ligno presupponit actionē de gn̄e actionis in ipso igne gn̄ante: ita volitio et intellectio que sunt forma imanēte p̄supponunt actionē de gn̄e actionis per quā tales forme in esse reali inducunt: et tūc illa actio de gn̄e actiōis que est ad formā inductā in ipso met agente. dicit esse actio imanens: illa vero que est ad formam transeuntem extra suppo agens dicet actio trāsiens. Sed ista distinctio. vt dixi: nō est de mente phi: dicit. n. in. 9. meta. q p̄ter actionem imanentem non est aliquod aliud opus. Opus aūt vocat terminum operatū: sed preter actionem de genere actionis que est ad formā imanentē est aliquis actus operatus: puta ipsa volitio: aut intellectio. ergo actio imanens sm ipsum nō est de genere actionis. ¶ Aduertendū tn̄ q agens pōt habere respectum vnum ad terminum qui primo producitur: qui est terminus totalis et adequatus. Alium respectum pōt habere ad formā quā inducit in sbm vel in passum. tertiū respectū pōt hr̄e ad ipsum passum. Isti respectus sunt distincti. Aliud. n. est terminus totalis ipsius generationis: qui est ipsum cōpositum. Aliud est forma que inducit in materia. aliud est sbm siue materia substantificans formam. Respectus aūt distinguunt ad distinctionem terminorum. ergo isti respectus sunt alij et alij. primus respect appellat productio actiua. scds appellatur inductio: vel eductio actiua. tertius respectus appellat transmutatio actiua: seu actio qua agens formalr agit. Istis tribus respectibus actiuis correspondent tres respectus passiui:

vnus in termino totali: q appellaẗ ꝓductio passiua. Ali⁹ in termino formali seu in forma: q appellaẗ inductio passiua. terti⁹ in s̄bto siue in materia q appellaẗ trāsmutatio passiua: siue passio. Penes p̄ᵐ respectū terminus totalis ꝓduciẗ p se; ⁊ p̄mo: p respectū for̄ nō ꝓduciẗ nisi p accidens: s; bñ p se ⁊ p̄mo induciẗ. Penes 3ᵐ respectū s̄b; trāsmutaẗ ⁊ patiẗ: s; ab isto respectu nō denoiaẗ terminus totalis: neq; formalis: q; falsum est dicere: ꝙ cōpoᵐ s̄bale trāsmutaẗ. ⁊ silr forma: s; bñ s̄bm: cui⁹ trāsmutatio ē act⁹. Primi duo respectus actiui: ⁊ etiā passiui corrñdētes sūt de gñe relonis ſm Sco. in. 4. di. 13. q. i. ⁊ in qōnib⁹ de aia. Respect⁹ aūt tertius q est trāsmutatio actiua ⁊ ali⁹ respectus sibi corrñdēs sunt de gñe actiōis ⁊ passionis. ¶ Pro quo est notādū ꝙ respect⁹ s̄; Sco. sunt in duplici dña: qdā sunt respect⁹ intrinsec⁹ aduenīetes: qdā sunt respcūs extrīsec⁹ aduenīetes. Respect⁹ p̄mo⁹ sunt illi q oriunẗ ex nā fundamēti posito termio: sicut posito albedie A. ⁊ albedie B. de necessitate isurgit silitudo a. ad b. Respect⁹ extrīsec⁹ aduenīetes sunt illi q nō oriunẗ de necitate ex nā fundamēti posito termio: sicut posito igne agēte: ⁊ ligno cōbustibili nō de necitate seqẗ cōbustio ⁊ actio in ipso cōbustibili: sed reqriẗ applicatio agētis ad passum: ⁊ dispō passi. p̄mi respectus sunt de gñe relonis. scdi respect⁹ sunt de gñe actiōis: vel passionis: vel alioꝝ p̄dicamētoꝝ: de qbus agit auctor. 6. p̄ncipioꝝ. Ad ꝓpoᵐ respect⁹ agētis q est ꝓductio actiua ad totalē terminū ꝓductū: ⁊ respect⁹ inductiōis actiue ad formā iductā est de genere relonis: q; non pōt poni agens ⁊ terminus totalis in fieri: aut ipa forma: quin tales respectus de necessitate oriautur. Sed respectus agentis ad s̄bm transmutatum cum sit extrinsecus adueniens. vt dictum est: est de genere actionis: ⁊ ex ꝯsequenti dicendum est ꝯsimiliter de respectibus passiuis correspondentibus istis actiuis.

Ex his inferẗ correlariū mihiū ad qōnē motā in p̄n⁹ ꝙ distō actiōis i trāseūtē ⁊ imanentē nō est distō actiōis q est p̄dicamētū seu de gñe actiōis. (Jta ꝙ vtraq; actio dicaẗ esse de gñe actionis ad mētē phi.) s; qlz est ex tale p̄dicamētū actiōis: ⁊ vtraq; est actio ꝓducta: qrū vna manet i agēte: nō qd inq̄ztū agens est: s; inq̄ztū ꝑfectibile p ipaꝫ actionē. Alia v̇o est ꝑfectio alicui⁹ extrinseci opati. Jta ꝙ distō Ar. actiōis in actionem imanētē ⁊ trāseuntē est distō actionis acte ⁊ ꝓducte.

Quantum ad 2ᵐ arti. Contra ea que dicta sunt argẗ: q; dictū est superius in 3ᵒ notato primi articuli: ⁊ ꝓbatū: ꝙ actio qua agens formaliter agit est in agēte. Cōtra. ergo oē agens mutareẗ. ꝯñia ꝓbatur. Tū q; qd recipit aliquā formā de nouo mutaẗ ſm illā. Tū ēt q; Ar. 5. physico. dicit ꝙ ad actionē nō est actio q; ad motū nō est motus. Jsta ꝯñia nulla eēt: nisi diceret ꝙ actio esset motus. ¶ Ad hoc rñdeẗ negando ꝯñiaꝫ. Et cum dicis. oē quod recipit aliq̄ꝫ formaꝫ de nouo: mutaẗ. Rñ⁹: ꝙ qdā est mutatio ad se ⁊ qdā est mutatio ad alterū ſm Sco. in. 2. di. 1. q. 5. Mutatio est ad se s̄; quaꝫ acquiritur forma absoluta: que potest acqri ꝓpria acqsitiōe alio nō acqsito. Mutatio ad alterū est respectu forme q acqriẗ aliquo alio acqsito Ar. nō ponit ad aliq̄ꝫ formaꝫ esse motū: nisi que pōt p se acqri: ⁊ ideo negauit ad relonē eē motū: q; relo nō pōt acqri nisi aliquo absoluto acqsito i aliquo. Si loquamur de mutatione in se: nego ꝙ oē illud qd recipit aliq̄ꝫ formam muteẗ ad se: nisi illa forma sit ad se. hoc est absoluta. S; si forma sit forma ad alterum: ꝯcedo ꝙ tale recipiens formā muteẗ ad alterum. Actio autē nō est forma absoluta ⁊ ad se: sed est forma ad alterum: q; ad terminū ꝓductū: ⁊ ita recipiens actioneꝫ mutatur ad alteꝝ: h̄ est actio nō aduenit ipsi recipiēti: nisi per hoc: ꝙ terminus aliquis productus absolutus alicui alteri acqritur: ⁊ ita mutatur ad alterum. Motus aūt aut mutatio proprie dicta ſm Ar. nō est ad formā respectiuam preter vbi. sed ad formam absolutam. ¶ Vel possumus aliter dicere scdo ꝙ mutatio est de duplici opposito: ad duplex oppositū: hoc est de ꝑuatione mutationis ad ipsaꝫ mutationeꝫ: ⁊ de ꝑuatione termini mutationis ad ipm terminuꝫ. Agens aūt recipiens actionē non transit de duplici opposito ad duplex oppositum. g̃ vt sic nō mutaẗ. minor pꝫ: qm̄ precise trāsit de ꝑuatione actionis ad ipsaꝫ actioneꝫ: s; non trāsit de ꝑuatione termini ad ipm terminum: ⁊ hoc loquēdo de agēte actione trāseūte. ¶ Datur etiā ad hoc tertia responsio. Negando: ꝙ oē recipiēs aliquā formaꝫ muteẗ. ꝙ si tu dicas: saltē sequiẗ: ꝙ oē agēs recipiens actionē pateretur. Negaẗ ꝯñia: q; nō oē recipe est pati. qd declaratur: q; certuꝫ est ꝙ actio p̄cedit passioneꝫ. Sicut cā nā p̄cedit effectum: in eo istanti in quo agens recipit actionē: in eo istāti nature nulla est passio: q; in illo instāti nature in quo est prius nā: nō est posterius nā: ⁊ in eo instāti nature in quo actio aduenit agēti est ipa receptio. ergo receptio nō est passio. q; passio nō p̄cedit actionē: s; seqtur actionē. Dico ergo ꝙ omne qd recipit aliq̄ꝫ formā receptione passionis: ⁊ passione insequente actionem: patiẗ. ⁊ qd recipit aliquā forāꝫ p simplicē iherētiā, actualeꝫ forme inherentis ad ipsum s̄bm: nō patiẗ. nam iste respectus inherentie actionis ad fundamētū est de gñe relatiōis: sicut etiā quecūq; iherentia cuiuscūq; respect⁹ ē hm̄. ¶ Ad 3ᵐ ꝓbationē ꝯñie. Rñdeẗ dicēdo: ꝙ Ar. in. 5. physico. nō probat: ꝙ ad actionem nō sit motus per hoc medium. ꝙ actio sit motus: sed per sile. vꝫ. si ad motū nō sit motus. ergo neq; ad actionem est actio: ꝯñia patet a simili: ⁊ tunc vltra. Ad actionē nō est actio. ergo ad actioneꝫ nō est mot⁹. Jsta ꝯñia pꝫ. quoniā ex opposito ꝯñtis: inferẗ oppositum antecedentis. Da. n. ꝙ ad actioneꝫ sit motus. (cum motus sit necessario cātus ab aliquo agente) ergo motus ꝑsupponit actionem: ⁊ ex ꝯñti sequiẗ: ꝙ si ad actionem sit motus ꝙ ad actionem erit actio. Vlterius sequeretur ꝓcessus in infinitum: q; sit ad actionē est motus: ⁊ cā motus vel effectiua vel formalis: qua agens agit: est ipsa actio. igiẗ actionis est actio. Et tunc vltra: aut. n. illa actio que est cā motus ꝑsupponit motum aut nō. Si nō pariformiter standuꝫ erat in p̄ma: ⁊ dicenduꝫ erat ꝙ ad actionem nō erat motus. Si sic: ergo ꝑsupponitur aliqua actio prior: ⁊ tunc q̄riẗ de ista vt p̄us: ⁊ tūc aut erit ꝓcessus in infinitū. aut stabiẗ ad hoc: ꝙ ad actionem nō est motus. ¶ Pōt etiā dici: ꝙ arguᵐ Ar. tenet p locū a minori. vꝫ. ad motum nō est motus: ergo ad actioneꝫ nō est actio. Motus. n. est actus potentie passiue. Actio aūt potētie actiue. Si ergo potētia passiua sine motu p̄cedente pōt exire in actum suū qui est motus: multo magis vr̄ ꝙ poᵃ actiua possit exire in actionē: nulla actione p̄cedēte: ⁊ tunc postmodū sequiẗ ꝓpositū phi: ꝙ ad actionē nō est motus: ex quo ad actionem non est actio.

Quantū ad vltimuꝫ arti. Rñdeẗ ad argumenta ante oppositum concedendo: ꝙ actio est ab agente: ⁊ dico ꝙ actio qua agens formalr agit est ab agēte: ⁊ etiam actio acta. Sed prima semper manet in agente. secunda q̄nq; recipiẗ in alio extra agens. Et cum tu dicis ꝙ actio qua agens agit transit in passum ⁊ est transiēs q; potentia actiua agentis est p̄ncipiuꝫ transmutandi alterum: inq̄ztum alteꝝ. Dico ꝙ passum q̄nq; est simpliciter alterum ab agente. q̄nq; est alterum ſm qd. vbi enim agens agit in aliquid extra se: passum est alterum simplr. Sed vbi agens agit in se ꝓducendo aliq̄ꝫ formā: passum est alterum ſm qd. ꝓpter qd dixit Ar. ꝙ potentia actiua est p̄ncipium trāsmutandi alteꝝ. inquantū alteruꝫ. denotando: ꝙ potentia actiua vel est principiū transmutandi alterum simplr quod est simplr diuersuꝫ ab agente: aut si non est, principium trāsmutādi alterū inquantum alteruꝫ ſm quid: ꝓpterea q; agens ꝓducens in se aliquā formaꝫ nō recipit ipsam inq̄ztū agens: ⁊ sed inquantum passum. Unde sicut potentia actiua per accidens est in passo inquātum passum est (sicut ars medicine ⁊ sanādi per accidens est in sanato inquantuꝫ sanatuꝫ est. sicut dr̄ 2ᵒ physicoꝝ: ꝙ medicus per acciñs sanat seipsum.) Jta dicimus

ꝙ actio

ꝙ actio ſm quā agens formalr̄ agit:per accñs eſt in ipſo paſſo:ſed per ſe eſt in ipſo agēte. ⁊ ecōuerſo actio acta per accñs eſt in agente:⁊ per ſe eſt in paſſo. Et qd̄ dicis ꝙ ſe queret ꝙ actio eēt forma abſoluta. Nego ɔn̄tiā:q2 actio nō pōt itelligi eſſe ſine termino.mō illa forma eſt reſpectiua que ſm ſuū eſſe nō pōt pſcindi a termino. Ex quo cōcludit ꝙ cū actio ſit ad terminū eſt for͡ reſpectiua. Per iam dicta p3 ad ɔfirmationem de auctore ſex pncipioꝝ. ¶ Ad ſcđm argumentū. Rn̄det ꝙ iſta ɔn̄a nō valet: actio recipitur in potētia paſſiua que diſtinguit̄ ex nā rei a po͡ actiua.ergo iſta actio eſt trāſiens: q2 actio nō eſt tranſiens:niſi q2 recipit̄ ex̄ ſuppoſitū agens: vel ſaltē nata eſt recipi:mō l3 detur ꝙ aliqua actio recipiat̄ in aliquo ex̄ potentiam actiuā:nō tn̄ ſequit̄ ꝙ quelibet talis recipiatur ex̄ ſuppoſitū agens. ¶ Ulterius iſta ɔn̄tia non valet. Actio recipitur in po͡ paſſiua vel in paſſo: ergo recipit̄ in aliquo extra po͡tiā actiuā.ɔn̄tia nulla eſt. ¶ Pro quo notandū:ꝙ duplr̄ accipit̄ potentia. Uno mō pro fundamento potētialitatis actiue:aut paſſiue. Alio mō pro reſpectu potētialitatis actiue aut paſſiue. Primo mō po͡ eſt aliquid abſolutum eo mō quo dr̄ ꝙ calor eſt potentia calefactiua. Scđo modo potentia eſt forma reſpectiua ⁊ reſpectus. Si capiatur pōa primo mō(cum eadem res abſoluta ſit ratio agendi ⁊ recipiendi)eadem res abſoluta eſt potentia actiua ⁊ paſſiua. Si aūt accipiatur ſcđo modo:ſic ɔcedo:ꝙ potentia actiua ⁊ paſſiua diſtinguūtur formalr̄ ⁊ ex natura rei: ex quo apparet falſitas ɔn̄e. ¶ Ad tertium argumentū dicet̄ in queſtione ſequenti: quia tangetur eadem difficultas.

¶ Quorūcūqȝ igit̄ alterum aliqd eſt qd̄ ſit p̄ter viſu3 horu3 actus in facto eſt. Textu.cōmenti.xvj. Queſtio.ij.



Trum actio fundet̄ in agente tanqȝ in ſbto͡. ¶ Et arguit̄ pmo ex fundamētis Scoti hoc eē falſum. Na3 data iſta pōne:ſequit̄ ꝙ diuiſio quam ponit ipſe actionis in imanentē ⁊ tranſeuntem eſt ſuperflua ⁊ ſuperuacanea: q2 ſi actio qua agens formalr̄ agit manet in agēte.ergo ois actio erit actio immanēs. ¶ Q. ſi tu dicas ꝙ actio eſt duplex. Actio reſpectiua:⁊ actio acta:ppoſitio Sco.intelligit̄ de actione reſpectiua ⁊ nō de actiōe acta. ¶ Cōtra ex hoc ſequitur ꝙ argumentū qd̄ adducit in pmo metaph.q.6.ad declarandam intentionē Ar.nihil ɔcludit. Dicit.n.arguendo ad intentionem eius:ꝙ actio vera manet in agente:⁊ actio acta tranſit in mām exteriorem. Ex hoc arguit volendo probare:ꝙ ex actione ɔcludimus ſbum eius eſſe ſingulare:q2 actio ſingularis recipitur in ſingulari: gñatio autē eſt actus ſingularis. ergo h3 recipi in ſubiecto ſingulari. Ex hoc ɔcludit. ipſe ꝙ ex actione acta nos iueſtigamus illud in quo eſt talis actio: eſſe ſingulare. Si autē actio acta nō eſſet vera actio.tunc nō rnderet ad intentionem Ar. ¶ Item arguit̄ ɔ̄ iſtam diſtinctionē de actiōe reſpectiua ⁊ de actione acta: q2 data iſta diuiſione ſequit̄: ꝙ vni paſſioni correſpōdebunt due actiones.ſit ita ꝙ ignis a. agat in b. In igne a.erit vna actio reſpectiua. ⁊ in b.actio acta. b.autē habet tm̄modo vna3 paſſionē: q2 eſt vnū paſſum.ergo vni paſſioni correſpōdebunt due actiones. ¶ Itē ſcđo arguit̄ principalr̄. Si eēt veru3 ꝙ actio reſpectiua reciperet̄ in agente:cū ſm Sco. diſtinguat̄ realiter ab agente:⁊ recipiat ipſam. ergo omne agens inqȝtum agens moueretur:⁊ ſemp moueretur:ɔn̄s eſt falſum.igit̄ ⁊ añs. Q3 ſequat̄ arguit̄. Omne qd̄ recipit aliqȝ forma3 realē de nouo:poſt priuationē eius mutatur ſeu mouet̄. Sed agens recipiens ipſam actionem recipit formā realiter diſtinctā ab ipſo agente: ⁊ trāſit de priuatione iſtius forme ad ipſa3 formā.ergo realr̄ mutat̄. Ad hoc facit qd̄ dicit phs in.5.phyſico.ꝙ ad actionem ⁊ paſſione3 nō eſt motus:⁊ ꝙ actionis nō eſt actio. Nam tunc eſſet pceſſus in infinitū:vt pbare tex.cōmen.13. ꝙ actio non recipit̄ in agente:q2 ſi reciperet actionē: hoc eſſet mediāte actione:⁊ illa actio iterū reciperetur mediante alia actione:⁊ ſic in infinitum. ¶ Ultimo arguitur. Data veritate iſtius poſitionis:ꝙ actio recipiat̄ in agēte:ſequit̄ ꝙ vni actioni correſpōdebunt due paſſiones. pbatur ɔſequētia. Certu3 eſt ꝙ omnis receptio alicuius forme eſt paſſio: ſed agēs recipit formā que eſt actio reſpectiua. ergo recipiēdo ipſam patitur.ſcđo actio acta recipitur in paſſo. Receptio autem iſtius actiōis adhuc eſt paſſio.ergo actioni reſpectiue correſpondent due paſſiones:quarum vna eſt receptio actionis reſpectiue: alia eſt receptio actionis producte ⁊ ſic due paſſiones.

Ad oppoſitum tn̄ argr̄. Impoſſibile eſt aliquā formā eē in aliquo ſbto: niſi cōmunicet ſuū eē formale ſbto:q2 dū forma eſt in aliquo ſbto informat ipm:⁊ informando dat eē formale: ⁊ vlterius ɔſtituit ipm in tali eſſe formali. Sicut albedo ſi eſt in ſba:neceſſario cōſtituit ſbam in eſſe albo;ſed per te actio reſpectiua recipit̄ in paſſo.ergo omne paſſum aget ⁊ erit agens per talem actionem.

In iſta.q. qnqȝ ſunt videnda. Primū vtrum actio fundet̄ i agēte. Scđm eſt vtrū actio fundetur in motu. Tertiū vtru3 actio diſtinguat̄ eſſentialr̄ a motu. Quartū mouende ſunt inſtantie ɔ̄ dicta. Quintu3 ſoluende ſunt rationes in principio queſtionis.

Circa primum ponit̄ iſta ɔcluſio:ꝙ ois actio qua agēs formalr̄ agit fundatur in agente. Et pmitto epilogādo breuiter diſtōne3 datam in pcedēti qōne q talis eſt. Actio capit̄ duobus modis. vno modo pro actione reſpectiua. alio mō pro actione acta ⁊ pducta. Actio reſpectiua vel eſt ad terminum tranſeuntem extra agens:vel ad terminu3 manentem in agente. Si primo modo dicit̄ tranſiens: vt dictum fuit. Si ſcđo modo dicitur imanēs: ⁊ nō dicitur tranſiens rōne ſui:q2 ipſa recipiat̄ extra agens;ſed rō termini pducti p ipſa3:ſcđo mō dr̄ actio imanēs ⁊ rōne ſui: ⁊ rōne termini. Actio alio mō pōt capi pro actiōe acta ⁊ producta: ⁊ iſta eſt terminus prioris actionis:que ſi manet in agente: ⁊ eſt imanēs:ſi recipiat̄ extra agens eſt tranſiens. Que diſtinctio(vt diximus)eſt ad mentē. Ariſt. ⁊ nō pmā. ¶ Loquēdo de actione pmus dicta pono ɔcluſione3: ꝙ actio talis quecūqȝ manet in agente. Que concluſio probatur aliqb͡ medijs. ¶ Et primo ſic. Quorūcūqȝ principioru3 effect͡ ſunt incōpoſſibilia: ⁊ ipſa pn͡ ſunt incōpoſſibilia. S3 ita eſt ꝙ effectus actionis ⁊ paſſionis ſunt icōpoſſibiles in eode3:probatur. Agere eſt effectus actionis.ſ.effectus formalis.pati effectus formalis paſſionis. Sed ita eſt ꝙ agere repugnat paſſo. Sicut pati repugnat agenti. ergo ⁊ pn͡ iſtoꝝ erunt icōpoſſibilia:⁊ ita actio nō erit cōpoſſibilis paſſo:neqȝ recipietur in ipſo. ¶ Item ſcđo argr̄. ſit ita ꝙ aliqd̄ agens agat in duo paſſa. Aut.n.iſtud agens agit vnica actione:aut plurib͡. Si dicas ꝙ agat vnica actione: ⁊ iſta recipitur in paſſo. ergo idē actio numero recipitur in pluribus. Si dicas ꝙ idē agens agit plurib͡ actionib͡.ergo idem agens ſimul habebit duas actiōes eiuſdem ſpeciei.ɔn̄s eſt cōtra viam tuam. ꝙ idem ſimul poſſit habere plures actiones:ergo ⁊c. ¶ Item tertio quecūqȝ referuntur mutuo relatione reali referūtur proprijs relationibus exiſtētib͡ in ipſis formalr̄. Iſta propoſitio pbatur. Tu3 q2 relatio h3 referre propriū fundamentū. Et q2 alioquin relo nō eſſet mutua. Tū in hoc diſtinguitur relo realis:a relone rōnis:q2 relatio rōnis nō eſt in fundamento qd̄ refertur per ipſam:ſed bñ relatio realis:ſed ita eſt ꝙ agens refertur ad patiens relatione reali:⁊ refertur per actionē:⁊ per reſpectu3 actionis.ergo talis reſpectus fundabitur in agēte. ¶ Cōtra. cauſa nō pcedit ſuū effectu3:ſed effectus ipſius actionis eſt paſſu3 inqȝtū paſſu3. ergo actio nō fundabitur in paſſo: vt paſſum.eſt.minor

pbaf:qꝛ passum:vt passum est nõ ꝯstituit in tali esse: nisi per actionez.ḡ actio est ꝑor nã ipso passo in ratione passi.

Quantũ ad 2ᵐ videdũ est vtrũ actio fundef in motu ⁊ vr ꝙ sic:ꝑ auctorẽ.6.ꝑncipiorꝫ.Actio in motu firmabif.ḡ ſm ipm ſbm ⁊ fundamentum ipsius actionis est motus.¶Ad hoc argᵐ ridef dicẽdo ꝙ actio qua agens formalr agit : fundaf in agente: sed actio que est terminus istius actionis est motus ipse. Ad auctorez. 6 ꝑnᵒʳ dico : ꝙ ipse non vult ꝙ actio respectiua fundef in moto.Sicut in ſbto:qꝛ(cum dicat ipse:ꝙ motus est in actiõe)sequeref ꝙ sicut motᵘ est fundamẽtũ ⁊ ſbm actionis:ita actio esset ſbm ⁊ fundamentũ motus : ⁊ ita daref circulus in fundatis ⁊ fundamẽtis.i.in dependentia eẽntiali fundati ad fundamentũ.Uult ergo ꝑdictus auctor: ꝙ actio est in motu:hoc est ꝙ nõ põt eẽ sine motu. prout motus se extendit tam ad mutationẽ diuisibilẽ:q̃ȝ etiam indiuisibile: ⁊ hoc loquẽdo de actione respectiua que est respectus agẽtis ad passuz ⁊ nõ de actione que est simplr ꝓductiua: quarũ distõ in fine ꝑmi arti. ꝑcedentis q̃õnis declarata fuit. Loquẽdo de ista actione productiua : ista põt eẽ sine motu ⁊ quacũq̧ mutatione diuisibili vel indiuisibili:qꝛ nõ est respectus agentis ad passum qȯ transeat de ꝑuatione ad formã:vbi nulla est mutatio:sed loquendo de actione trãsmutatiua ista nõ est sine motu aut mutatione:ſȝ sicut ista nõ est sine mutatione: aut sine motu: ita eꝫ motus:aut mutatio non est sine actione.Uult ḡ ꝙ actio sit in motu nõ q̄dẽ ſbtiueſȝ ꝯsecutiue.sic ꝙ seinuicem ꝯsequuntur actio transmutatiua ⁊ ipse motus.

De tertio videdũ est.Utruz actio realr distinguaf a motu aliquo mõ:⁊ arguit vna opi.ꝙ nõ. Quorꝫ opposita sunt eadẽ:⁊ ipsa sunt eadẽ: ſȝ ita est ꝙ illud:ꝙ opponif motui opponif ẽt actioni. Probaf ista. quies opponif motui: ⁊ quies etiaȝ opponif actioni.Sicut.n.mobile qȯ nõ mouef : q̄escit:ita agens qȯ nõ agit: quiescit ab actione.ergo vtriq̧ quies opponif : relinquitur ergo ꝙ motus ⁊ actio sint idem: maior vr de se nota. maxime vbi opposita que sunt eadem dr̃ esse opposita ꝑuatiue:qꝛ vbi eadez ꝑuatio:ibi idez hitus: cũ ꝑuatiões numerent ⁊ distinguanf ad nũerationẽ ⁊ distõnez hituũ. ¶Jtẽ arguif ſcdo ad idem.oẽ illud qȯ est forma fluens ⁊ successiua hñs ptẽ post ptẽ in successione : vr esse motus: sed ita est ꝙ actio est forma successiua hñs ptẽ post ptẽ in fluendo. ergo actio est motus:maior ẽ mãifesta:qꝛ successio ⁊ fluxus sunt de rõne motᵘ.minor ẽt est manifesta ⁊c. Contra istaȝ opi.q̃ tenet ꝙ actio sit eadez realr motui:arguif sic.illa distinguunf realr:quorꝫ vnũ põt manere:alio nõ manẽte. Jstã ꝑsuppono pro nũc:qm̃ dato opposito sequitur oppoᵐ primi ꝑncipij:sed ita est:ꝙ actio põt manere:non manente motu:aut mutatione. ergo actio distinguif realr a motu:minor ꝓbaf. Nam certum est ꝙ graue existens in loco deorsuz hȝ aliq̃ȝ opationez sibi ꝓpriã trãseũte motu.ergo ꝓpoᵐ. ꝓbaf assumptũ : qꝛ qȯ est in meliori dispõne:⁊ hȝ esse ꝑfectius nõ vr ꝑuari:eo ꝙ est ꝓpria ꝑfectio ipsius:⁊ finis ꝓpriᵘ eiᵘ. Sȝ opatio(extẽdẽdo nomen opatiõis ad opationẽ siue imanentẽ siue trãseuntẽ: siue sit opatio ad formã siue nõ)est ꝑfectio ⁊ finis ꝓprius ipsiᵘ opantis.ḡ graue extñs deorsuȝ ⁊ quiescẽs q̄ete oppoᵃ motui(cũ hẽat eẽ ꝑfectius ⁊ sit in meliori dispõne:q̃ȝ vbi hȝ eẽ sursuȝ)nõ caret ipsa operatiõe que est propriᵘ finis: ⁊ vltima ꝑfectio eiᵘ.¶Per hᷓ ridef ad argᵃ: ⁊ ꝑmo ad primũ ꝯcedẽdo maiorẽ:ſȝ negãdo minorẽ.¶Pro quo notãdũ:ꝙ alia est q̄es q̃ opponif motui:alia q̃ opponif actioni.q̄es que opponif motui dr q̄es simplr. sed q̄es opposita actioni:est q̄es ſm qd.⁊ tũc dico ꝙ ista duo.vȝ.vtraq̧ q̄es nõ est vna:⁊ eadẽ:ſȝ alia ⁊ alia ⁊ vna opponif motui ⁊ nõ actioni.Et ita q̄escens ſm motũ: nõ q̄escit ſm operationez aut actionez.¶Per hoc ridetur ad ſcdm argumẽtuȝ ꝯcedẽdo maiorẽ ad hũc sensum: ꝙ illa forma q̃ ſm se fluit.⁊ hȝ ptes fluentes rõne sui:⁊ nõ rõne alterius illa est motus : cum motus formaliter sumptus(ex tertio phy.(

nõ sit nisi fluxus forẽ.Sed vbi aliq̃ forã non fluat ꝑmo:⁊ ꝑ se.sed ꝑ accñs rõne alteriᵘ:nego ꝙ ista dicaf eẽ motus. Et tũc nego minorẽ ꝙ actio sit forma ꝑmo. ⁊ ꝑ se fluẽs:ſȝ est fluens ꝑ accñs:⁊ rõne motus:cũ quo accñtalr ꝯiungitur.¶Qȝ aũt aliqd sit forma fluẽs: ⁊ nõ sit motᵘ ipse formaliter sumptᵘ:aut ẽt mãlr ꝑ forma fluẽte declaraf. Ubi eniȝ ad qȯ est motus localis nõ est motus q est fluxus forme:neq̧ est motus acceptus ꝑ forma fluẽte:qñ est tale ꝙ in ipso q̄escit:mobile tñ vbi põt eẽ fluẽs: vbi ꝯiungaf cuȝ motu:⁊ ita ratione motᵘ cũ quo accñtalr ꝯiungif vbi dr esse forma fluẽs.¶Sed insurgit vna difficultas:vtrũ actio ⁊ passio sint idẽ realr:cuiᵘ difficultatis tenef ps negatiua. ꝓbaf tñ sic. Jlla nõ sunt idẽ realr:quorꝫ vnũ põt eẽ sine reliqua:ſȝ actio põt eẽ sine passione. sic est in agẽte ꝓducẽte aliqd nullo ꝑsupposito subto.ḡ actio distiguif realr a passione.¶Jtẽ 2ᵒ ois propositio negatiua in qua remouef. vnũ genus gñalissimũ ab alio gñe gñalissimo : est simplr ꝑᵃ ⁊ imediata.ergo ista erit imediatissima. Nulla actio ẽ passio. ¶Aduertendum tñ ꝑ intelligentia istius difficultatis ꝙ hoc nomen actio est equiuocuȝ(vt hȝ Sco in.4ᵒ sniarũ.di.13 .q.1.)primo ad actionez que est opatio imanẽs(put intellectio ⁊ volitio dr actio:⁊ tñ in rei vitate sũt q̃litates)2ᵒ ad respectũ q est ꝓducentis ad ꝓductũ.3ᵒ ad respectũ inducẽtis ad inductũ. 4ᵒ ad respectũ trãsmutãtis ad trãsmutatũ.5ᵒ ad formã actã ⁊ ꝓductã inq̃ȝtũ includit respectũ:q est eẽ ab. Respectus tñ importatus ꝑ eẽ ab: põt eẽ multiplex vel esse ab: hoc est ab agẽte inq̃ȝtũ ꝓducens:vel eẽ ab agẽte inq̃ȝtũ est inducens vel educens:vel ab agẽte inq̃ȝtũ est transmutans. in 5ᵃ supra posita significatione nõ accipif eẽ ab: vt importat respectũ qui est ab agẽte inq̃ȝtũ ꝓducẽs:neq̧ inq̃ȝtũ inducẽs. Sed ab agẽte inq̃ȝtũ trãsmutans:⁊ eẽ ab iportat respectũ de gñe passionis: ⁊ tũc actio in ista 5ᵃ significatione iportat duo.Unuȝ tanq̃ȝ aliqd ꝯnotatũ:⁊ aliud tanq̃ȝ ꝑncipale significatũ. Cõnotatũ est ipsa forã acta.formale significatũ est ipse respectus iportatᵘ per esse ab:de gñe passionis. Omnibus istis modis põt accipi ⁊ dici actio equoce. Scdm 4ᵐ moduȝ actio diffinif ab auctore sex ꝑncipiorꝫ : dicendo:ꝙ actio est illa ſȝ quã i illud qȯ subijcif agẽ dicimur. Scdꝫ quintã significationez ⁊ 5ᵐ moduȝ accipiendi actionem Arꝫ.3ᵒ phyſi.exponif q̃ȝtum ad oĩa que dicit de actione: ita ꝙ ea que ponit ibi: intelligit ſm q̃ntã significationez ⁊ ꝑꝑ hoc dicit de actione:de qua loquif:ꝙ est opus ⁊ finis huiᵘ.s.actiui. opus autem ⁊ finis huiᵘ est ipsa forma absoluta que vt fluẽs est motus. vnde premittit ibi ꝙ motus est actus actiui ⁊ passiui actiui vt ab ipso. passiui vt in ipso.dicitur ergo actio ipsum actum siue opus vel finis agentis:inq̃ȝtum est ab ipso agente.

Quãtũ ad 4ᵐ arti. Cõtra ea que dicta sunt obijcif. Tu dixisti ꝙ actio acta includens respectum ad agens:qui iportaf per esse ab.est actio:⁊ iste respectus iportatus per esse ab.est respectus de gñe passionis : qm̃ ly esse ab.iportat idẽ qȯ eẽ ab agente: inq̃ȝtũ est transmutans:sed sic iportare est iportare transmutationẽ passiuãt ergo ly esse ab. importat respectum de genere passionis. Hec dicta sunt in vltimo ꝓcessu superiori.Sed ꝯtra. Arꝫ. 3ᵒ phyſi.tex.cõmẽ.22. distinguit actionez per esse. ab.ab ipsa passione.volens ꝙ actio ⁊ passio sint idez: sed distinguif solum per istas habitudines:que iportanf ꝑ eẽ ab.⁊ per esse in.ergo actio acta q̃ȝtuȝ ad istam habitudinẽ que est eᵉ ab. distinguif a passione. ergo nõ importabit respectuȝ passionis ſm istã habitudinez.¶Jtem arguif. tu dixisti ꝙ actio acta includens respectum qui est esse ab.ꝑncipalr ⁊ formaliter significat istũ respcm̃.ꝯnotat aũt istaȝ formã ꝓductã que est terminᵘ actiõis de genere actiõis. Contra. Nomẽ significans respectuȝ passiuũ ⁊ formaȝ absolutam : sic ꝙ principalius significat respectum q̃ȝ formaȝ:debet imponi magis a respectu q̃ȝ a forma : sed ita est ꝙ nomen impositum respectui passiuo est hoc quod dico passio. ergo totum hoc actio acta : ⁊ respectus qui

est esse

est esse ab magis dz significari et noiari noie passionis: q̄z
noie actiois: et p ꝯns actio in 5ª significatione magis di-
cetur eē passio q̄z actio. ¶ Ad h̄ videt. Ad p̄mū. q̄ Ar. di
cens q̄ esse ab. in actione distinguit a passione: nō loqt
de actione q̄ est gen⁹ et p̄dicamētū: sed de actione q̄ est for
ma producta: et termin⁹ actionis: put actio est p̄dicamen
tuz: et qd̄ sit verū apparet ex tex. cō. 19. Quū. n. p̄misisz: q̄
necesse est aliquē vnū actū esse actiui et passiui: et dixisset
q̄ actus actiui est actio: actus passiui est passio: p̄bando
p̄mū. s. q̄ actio sit actus subdit. Opus. n. et finis est actus
hui⁹. s. actiui. Actionem igit appellat ip̄m opus opatū: et
finez actiois agētis. Tale opus operatū est ipa forma p-
ducta q̄ vt in fluxu: et vt fluens est mot⁹ mālīter sumpt⁹.
Ista aūt forma p̄o q̄zto est ab agēte: et est effect⁹ ei⁹ appel
lat actio. Pro q̄zto aūt recipit in passo: appellat passio.
Unde eē ab agente et recipi in passo sunt distincte h̄itudi
nes: et ad diuersos terminos. Alia. n. habitudo est eē aliqd
p qd̄ passum trāsmutat ab agēte: et alia est h̄itudo eē aliqd
qd̄ recipit in passo. Quilibet tū istoz respectuū est de gn̄e
passionis: quoz vnus est transmutatio passiua: vel ro p̄m
quā aliquid trāsmutat passiue. Alius respectus passiuus
est forme receptibilis ad ip̄m passum: vt receptiui. p p̄i-
muz respectuz distinguit actio actā a passione: quā circū
loquit Ar. p istaz h̄itudinē que est eē in. Unde nō distin-
gunt Ar. actionē a quacūq̄z passione seu respectu passio-
nis: sz solū ab illa que iportat p esse in. q̄z respectus passio
nis eundē⁹ iportat p tale h̄itudinē: et ex hoc apparet r̄n-
sio ad argm̄. ¶ Ad 2m̄ argm̄ videtur p̄mittēdo vnā regulā:
q̄ q̄n sunt aliq̄ duo: quoz vnuz intelligit et cognoscit ab
intellectu altero ignorato: vel vnū est māifestius reliquo:
illud qd̄ est imanifestū: hz significari et declarari per illud
qd̄ est manifestū. Respectus passiuus qui est trāsmutatio
passiua ē nobis imanifestior forma acta. et p̄ducta est no-
bis manifesta. ergo respectus hz significari noie ip̄i⁹ for-
me. forma autem talis dr̄ actio: q̄z effectiue est ab actione
trāsmutatiua. ergo totū icludens respectuz et formā signi
ficabit noie actionis. ¶ Q̄ si tu q̄ras. Unde est q̄ forma
p̄ducta denoiat actio. ¶ R̄ndet. q̄ effect⁹ q̄nq̄z imanife
stius denoiat noie cause. vbi cā est manifesta: q̄nq̄z econ-
uerso circunloquimur ipsam cām per nomen impositum
effectui. (Sicut charitas est q̄dā h̄itus volūtatis. vt dicit
Theologus quē ignoram⁹ ip̄m significamus per effectū:
et imponit nomē isti habitui ab ipso effectu. Charitas. n.
idez est qd̄ dilectio.) Sic in p̄posito. Actio. n. que est q̄dā
forma respectiua: est formal̄r et fundamētal̄r in agente: lo
quendo de actione que est genus. Ipsam tñ formā respe-
ctiuam ignoramus: et q̄z intelligimus et cognoscimus effe
ctum: significamus ipsam p effectuz et dicim⁹: q̄ effectus
est actio: q̄z effectiue est ab actione. Hoc apparet etiaz 2°
ethico. vbi h̄r: q̄ actus ip̄aratus a volūtate est electio: nō
quidem vt sit formal̄r electio: q̄z actus qui est formal̄r ele
ctio: est ipsa volitio: sed est electio: q̄z effectiue et causali-
ter est ab electione. ¶ Ex his oibus sequunt aliqua cor-
relaria. Primū est q̄ actio p̄m quintā significationez et mot⁹
sunt idez real̄r. Motus. n. nihil aliud est q̄z ipsa forma vt
fluens. forma vt fluens est motus. et eadē forma vt est ab
agēte est actio acta. g̃ actio acta et motus sunt idem real̄r:
distinguunt tñ p̄m rōnē formalē: q̄m ex alia cōparatione:
et respectu alterius termini forma p̄ducta est motus: et ex
alia dr̄ eē actio. p respectū ad agēs dr̄ actio. per respectū
ad formā p̄fectā ad quā fluit et tendit dr̄ esse motus: et sic
ex alia atq̄z alia h̄itudine actio et mot⁹ sunt idem et distin
guunt. ¶ Scd̄m correlariū: q̄ actio motus et passio sunt
idez mālīter et real̄r. Probat: q̄z forma p̄ducta penes di-
uersas habitudines dr̄ esse motus: actio et passio. Per ha
bitudinē ad agens: est actio. vt dictum est. Per habitudi
nem ad formaz p̄fectaz dicit esse motus. Eadē forma per
h̄itudinē ad passuz in quo recipit dr̄ eē passio. loquendo
de istis terminis actione et passioe mālīter: q̄m sicut actio
nem actā dicimus ipsam formā q̄ est ab agēte: ita passio-
nem appellam⁹ ipsaz formā receptā in passo: et dr̄ passio
recepta. ¶ Utrūq̄z correlariū apparet ex dictis Ar. in 3°
phy. qui vult q̄ vn⁹ mot⁹ sit actio et passio mālīter. Licz
ista duo distinguant p̄m rōnem: et p̄m esse ab. et p̄m esse in.
